8	Tracti	tacti	tracti *corr.*	tracti
*9	adversarum rerum	adversariorũ	adversarũ rerũ *corr.*	—
	ex aequo	et equi	al. ex equo *i. m.*	—
10	secundis	seculis	secudis *corr.*	—
XXXVII 9	ex quo si ad alterum	ex quo alterũ	si ad *add.*	—
10	consulatum	constitutũ	consulatũ *corr.*	—
	ferme	ferime	ferme *corr. i. m.*	—
16	quam	quã	q̃ꝫ *suprascr.*	—
18	at	et	at *suprascr.*	—
19	Gnaeoque	Marco n	qꝫ *suprascr.*	marcoque
20	consularis	cons	ularis *add.*	consularis
22	nec	ne	nec *corr.*	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	S	S_2	H
XXXVII 24	eos	eo	s *add. in linea,*	—
			eos *induxit et* eos *suprascr.*	—
25	inde	tũ	inde *i. m.*	—
XXXVIII 2	Tencterorum	fecteroꝝ	tenctteroꝝ̄ *i. m.*	tencterorum
4	in commune	universi	ĩ cōe *i. m.*	—
6	crinem	crines	crinē *corr.*	crinem
9	quod	quibus	qd *i. m.*	—
10	iuventae	viuente	iuuente *corr.*	—
12	ipso solo vertici	ipō vertice	solo *suprascr.*	ipso solo vertice
	religatur	ligant	re *suprascr.*	religant
13	ornatiorem	ornacioreꝫ	ornatorem *corr.*	ornatorem
	formae	force	forme *corr.*	—
*13	innoxia	inopie	innoxie *corr.*	—
16	ornantur	armantur	ornantur *suprascr.*	—
XXXIX 1	vetustissimos	vetustissimos	se *corr. in* sev	vetustissimos
	se nobilissimosque	se *(add. S_1)* nobilissimosqꝫ	—	seu nobilissimos
	Semnones	semones	semnones *corr.*	semnones
3	Stato	estivo	al. stato *i. m.*	statuto
*4	sacram	sacrarũ	sacrũ *corr.,* sacram *i. m.*	—
	omnes	nomĩbusqꝫ	oĩs *i. m.*	oĩs H noĩs H *m*
	eiusdem	eiussdem	eiusdem *corr.,* qꝫ *suprascr.*	—
8	prae se	pre se	esse *suprascr.*	—
11	initia	iniciă	inicia *corr.*	inicia
13	adicit auctoritatem	aditur aut̃ for-	aditur aut̃ *del.*	—
	fortuna	tuna	auctēm fortũa *i. m.*	aũctēm ...
14	corpore	corpore	tp̄e *i. m.*	tempore, corpore *m.*
XL 1	Langobardos	largobardos	langobardos *corr.*	largobardos H, langobardos H_2
*1	paucitas nobilitat	pauca nobilitas	paucitas nobilitat	—
3	Reudigni	rendigni	v *suprascr.* [*corr.*	reudigni
4	Aviones	aniones	aviones *corr.*	aviones
	Eudoses	endoses	v *suprascr.*	eudoses
	Suardones	suarmes seu suardones	suardones *i. m.*	suardones
5	aut silvis	et silvis	aut *suprascr.*	aut silvis
7	in commune	mamme nerthũ,	ĩ cōe nerthũ *i. m.*	nerthum
	Nerthum	inanime nerthũ *corr. S_1*	—	herthũ H_2 *m*
9	invehi	invehere	invehi *corr.*	—
*11	concessum	conmissũ seu concessũ	conmissũ *corr. in* concessũ	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	S	S_2	H
XL 13	laeti	diti	leti *suprascr.*	—
16	clausum omne ferrum; pax et quies	DESUNT	clausũ oĩe ferrũ pax et quies tũc	— . . . . tunc
17	tunc tantum nota, tunc tantum amata		tantũ nota tũc tãtũ amata *i. m.*	tantum nota tunc tantum amata
18	satiatam	sacratũ	saciatã *corr.*	—
	deam	deum	deam *corr.*	—
21	quos	equos	quos *corr.*	—
24	perituri	pericia	perituri *corr.*	—
XLI 1	et	Sʒ	Et *corr.*	—
	Sueborum	b'borũ, *corr.* S_1 v'borũ	sue- *infra lin.*	verborum H sueuorum H_2
2	propior ut	PRopior ut	ꝑpior vt *suprascr.*	proprior H pro-[pior H_2
7	custode	custodia	custode *corr.*	—
	transeunt	transierint	transeunt *corr.*	—
10	inclitum et	ignotũ olim	inclitum olim et notũ *corr.*	inclitum . . . .
11	notum olim			
XLII 3	sedes	fides	sedes *corr.*	—
5	velut frons	universaliter [finis	velut frõs *corr. i. m.*	—
8	Marobodui	maroboditani	dui *suprascr.*	marobodui
9	sed	si	sed *corr.*	—
XLIII 1	Osi Buri	osi buri	*al.* siburi *i. m.*	osi: buri H, siburi
2	claudunt	claudunt	cludunt *corr.*	cludunt [*m*
12	Lygiorum	legiorũ	*al.* vegioꝝ *i. m.*	vegiorum
13	nominasse	nomĩa	sse *suprascr.*	—
14	sufficiet	sufficient	sufficiet *corr.*	—
	Helvaeonas	heluecanas	haliosuas *suprascr.*	helveconas haliosuae *m.* (*var. ad* helisios)
	Manimos	manimos	inanimos *corr.*	lanimos
15	Nahanarvalos	nahauerhales	*secundum* h *adrasum, ut* n *evadat.*	naharvalos
	Nahanarvalos	nahauernalos	naharvalos *corr.*	naharvalos
21	Harii	arij	alij *corr.*, al. arij *i. m.*	alij
23	insitae feritati	insita feritate	insite feritati *corr.*	insitae feritatis
	lenocinantur	leocinantur	lenocinãt̄ *suprascr.*	—
24	tincta	cincta	tincta *corr.*	—
26	nullo	null'm	nullo *corr.*	—
28	Lygios	ligros	ligyos *suprascr.*	lygios
XLIV 1	Suionum	Si nouũ	i *et* n *coniunxit,* v *suprascr. supra* i.	suionum
4	frontem	fronte	frontem *corr.*	—
8	non	nisi	non *corr.*	—
11	subitos	subitos	subitvs *corr.*	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	S	S_2	H
XLIV 11	incursus	excursus	incursus *corr. i. m.*	—
XLV *1	trans Suionas	trans sinonas	al. tñsuionas *i. m.*	—
4	hebetet	habet	ebetet et *corr.*	ebetet et
5	emergentis	emergent	emergentis *corr.*	emergentis
	equorum	eorũ	d *suprascr.*	deorum
8	Aestiorum	aestorũ	Estiorũ *suprascr.*	estiorum
15	quam	quã	q̃ʒ *suprascr.*	—
20	quin etiam	qñqʒ	quĩ etiã *i. m.*	—
	eiectamenta	eructamẽta	eiectamẽta *suprascr.*	—
24	intellegas	intelligis	intelligas *corr.*	intelligas
30	solis	solius	solis *corr.*	—
*30	radiis	radius	radijs *corr.*	—
*31	vi	in	vi *corr.*	—
*32	sucini	suaʒ	succini *corr.*	—
33	temptes	tẽtes	tẽptes *i. m.*	temptes
	taedae	teclae	d *suprascr.*	—
	alitque	illicqʒ	alitqʒ *corr.*	—
34	olentem	oleatẽ	olentẽ *corr.*	—
XLVI 1	Peucinorum	PRutinorũ	peucinoꝝ, al. peucuroꝝ *suprascr.*, peucini *i. m.*	peucurorum *al.* peucini *i. m.*
	Venetorumque	uenetorũ	h *suprascr.*	venethorumque
3	Peucini	prutini	peucini *suprascr.*	—
7	Veneti	veneti	venethi *corr.*	venethi
8	Peucinos	prutinos	peutinos *corr.*	—
20	quam	quã	q̃ʒ *suprascr.*	—
21	huc	hic	v *supra,* o *infra lin.*	—
25	securi adversi deos	*DESVNT*	securi adu'sus deos *i. m.*	—

Comparata ita S_2 manu cum codice Hummeliano ex Hummelii Longolii Sellingii collationibus restituto in indicem nostrum accuratius inquiramus necesse est. Atque primum quidem apparet S_2 secundum codicis alicuius auctoritatem correxisse: quod demonstratur compluribus lacunis ad fidem traditionis vulgatae expletis (XXI 1 XXIII 7 XL 16 XLVI 25): iam quaeritur, utrum hoc archetypum fuerit codex Hummelianus necne; neque enim prius, quam hanc quaestionem in codicis H favorem solverimus, adhibere S_2 manum poterimus ad supplendas lacunas codicis a nobis restituti. Atque primum quidem in comparationem vocari nequeunt ii loci, quibus S_2 correxit, collationes autem Hummelianam lectionem non exhibent: quibus remotis

e ducentarum duodeseptuaginta lectionum numero restant octoginta sex, quibus S_2 cum Hummelii Longolii Sellingii collationibus conferre possumus: horum consentiunt inter se septuaginta, discrepant sedecim. Atque si primum eas lectiones consideramus, quae communes sunt et tribus illis collationibus et S_2 manui, statim animadvertemus, non eiusdem omnes pretii esse. Nam multis locis, ubi S aut erraverat aut temere aliquid omiserat, S_2 haec vitia ad vulgatam lectionem emendat, ita quidem, ut haec lectio etiam cum codice H et ipso vulgatam lectionem exhibente consentiat: sed eae lectiones non necessario oriundae sunt e codice Hummeliano, immo e quovis codice traditionis vulgaris originem ducere poterant eamque ob rem per se nihil nos iuvant demonstraturos S_2 ex Hummeliano codice exscripsisse: tales lectiones numero sunt triginta sex. Alia vero res est iis locis, ubi S_2 consentit cum codice H singularem quandam lectionem exhibente a vulgata discrepantem, quod tricies quater evenit; quas lectiones in perlegendo indice facile invenies. Atque his quidem locis adduci nos posse confiteor, ut S_2 recta via e codice Hummeliano exscripsisse putemus; sed spectandae sunt eae lectiones, quibus S_2 non prorsus consentit cum codice Hummeliano, immo levius discrepat ab eo: quos locos afferre mihi iam liceat. Sunt enim hi:

II 18	*gambrios* S	*ȝambruvos* S_2	*ȝambriuios* H
19	*wandilios* S	*wandileos* S_2	*vandileos* H m
XII 5	*grate* S	*crate* S_2	*et crate* H
XX 14	*aman* S	*animum* S_2	*inanimum* H
[XXII 15	*loci* S	*ioci* S_2 sed del. ab ead. m.	*loci* H]
XXVIII 9	*bohiemi* S	*bohvemi* S_2	*bohemi, boiihemi* H
12	*boij* S	*al. osi* S_2	*osi* del. H *boi* H m
XLIII 28	*ligros* S	*ligyos* S_2	*lygios* H
XLIV 1	*si nouum* S	*svinouum* S_2	*suionum* H

Sed hae lectiones ita possunt explicari, ut S_2 obiter tractaverit codicem H et in minutiis quibusdam erraverit, iudicium vero de tota S_2 manus indole minime mutari his differentiis videatur. At sunt lectiones, quibus aperte contradicat S_2 auctoritati trium illarum collationum:

I 6	*reticarum* S	*rethicarum* S_2	*raeticarum* H
II 12	*Tuisconem* S	*histonem* S_2	*vistonem* H
XVIII 8	*delicias* om. S	*cultus* add. S_2	*delicias* H
XXXIX 3	*estivo* S	*stato* S_2	*statuto* H

XLIII 14	*manimos* S	*inanimos* S_2	*lanimos* H
15	*nahauerhales* S	*nahauernales* S_2	*naharvalos* H
23	*feritate* S	*feritati* S_2	*feritatis* H

Atque hae lectiones iam tales sunt, quales oriri non poterant, si S_2 accurate atque diligenter codicis H lectiones varias exscribebat. Quare, si in eo acquiescere volumus, S_2 manum omnino pro fonte habuisse codicem H, iudicare iam debebimus, eam tam incuriose usam esse hoc fonte obiter legendo (II 18 al.) et coniecturas sua sponte faciendo (XVIII 8 al.), ut non liceat, iis locis, quibus solae lectiones S_2 traditae nobis sunt silentibus Hummeliani collationibus, ex hoc silentio concludere, consensisse hoc loco H et S_2. Quare eas lectiones, quas Holder e correcturis S_2 manus vindicavit codici H — quas ego in indice asterisco notavi — ut testimoniis non satis confirmatas reiciemus. Quamquam enim veri simile est, compluriens lectionem S_2 eandem fuisse atque lectionem H codicis (II 13 *ei filium* [propter *conditoremque*], VI 14 *flexu,* XXXVI 9 *adversarum rerum,* XXXVIII 13 *innoxie,* XL 11 *concessum,* XLV 30 *radiis,* alia), tamen certa nobis his locis desunt testimonia, eamque ob rem talia omittamus: *τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ᾽ εἰδέναι δίχα*: quare propter illam S_2 manus incuriam negabimus correcturas S_2 ad restituendum codicem H adhiberi posse. — Sed si iam hac in coniectura, quae est neglegentius correxisse S_2, habuisse tamen pro fundamento codicem H, acquiescere nolumus, alia nobis patet explicationis via: non ex ipso codice H, sed e codice aliquo familiae eius correxisse S_2. Firmatur enim haec opinio, S_2 omnino ipso codice H usum non esse, ea re, quod compluribus locis S_2 aperte — si quidem sumimus, correctum esse ab illa manu secundum codicem H — nondum noverat manum H_2: aliter enim non correxisset genuinam codicis S lectionem in corruptelam apertam (XXI 14 SH_2 *abeunti,* S_2H *abeunt*; XXVIII 18 SH_2 *a similitudine,* S_2H *et similitudine*). Aliis vero locis S_2 consentit cum H_2 contra H (XL 1 *largobardos* HS, *langobardos* H_2S_2, XLI 1 *verborum* HS, *sueborum* vel *sueuorum* H_2S_2, *proprior* H, *propior* H_2SS_2): quod ut explices, aut S_2 his locis sua sponte lectiones novas invenisse — quod ego non putem — aut S_2 secundum alius codicis auctoritatem correxisse sumes, qui arto cognationis vinculo nexus cum codice H consentiebat his locis cum H, illis cum H_2: qualis vero is codex fuerit, de hac re infra accuratius agetur. Luce autem clarius est, S_2 manum, cum omnino non ex H, sed ex alio quodam codice correcturas suas sumpserit, quartae codicis H collationis munere fungi non posse.

Repudiato ita manus S_2 auxilio in restituendis codicis H lectionibus, tres illae collationes Hummelii Longolii Sellingii nobis restant, quibus nixus codicem Hummelianum reconcinnare supra temptavi. Atque iam in iis quae sequentur opusculi partibus ex hac mea collationum compositione proferre lectiones codicis Hummeliani mihi liceat. Differt ab ea Holderi restitutio primum eo, quod Holder nonnullas lectiones S_2 manus pro genuinis lectionibus codicis H accepit, quod ego audacius factum esse demonstravi, deinde eo, quod Holder centum fere locis codici H lectionem aliquam tribuit testium silentio, ut videtur, commotus: ego quidem tales lectiones neque in tribus illis collationibus neque in correcturis S_2 inveni; concludere autem e silentio tali in re difficiliore incertum est et lubricum, quare ego eas lectiones non recepi; tum eo quod Holder modo hanc modo illam lectionem elegit, quam nobiscum communicaret, neque ita, ut rationem, secundum quam delectum suum instituit, prorsus probare possim: quare omnes lectiones codicis H, quas nobis servaverunt Hummelius Longolius Sellingius, in indicem meum inscripsi. — Quae in singulis Woelfflinus monuit de Holderi restitutione (ad cap. I 10 *effusis*, III 16 *reperta*, X 4 *tenent*, XVIII 5 *ambiunt*) Sellingii collatione — quae Woelfflino praesto fuisse non videtur — satis explicantur et excusantur. — II 12 *bistonem* (ita C, *vistonem* H secundum Longolium et Sellingium) cum Woelfflino codici nostro non tribuo.

His rebus expositis de priore parte capitis primi, id est de restituendo codice Hummeliano, actum esse puto. Accedamus iam, si placet, ad alteram partem et quaeramus, utrum codex Hummelianus ex apographo Henochiano pendeat an recta via descenderit ex archetypo illo Germanico Fuldensi sive Hersfeldensi. Sed priusquam hanc quaestionem solvere conemur, constare inter nos opus est, quaenam lectiones codicis H ex illo archetypo, quaenam ex alio fortasse fonte manaverint: dicendum enim erit de codice Hummeliano et correcturis eius. Codici H id evenit, quod plerisque nostrorum codicum accidit: nam primum in scribendo sive perfecto modo opere correctus est ab ipso librario, qui totum codicem exaravit, quem has correcturas omnino ad archetypi fidem fecisse veri simile est: ita ut hae correcturae idem valeant atque ceterae lectiones ipsius verborum contextus. Interdum tamen in corrigendo sua sponte novatum esse a manu H apparet; ita XIV 4, ubi pro ***superstitem principi*** primitus scripserat ***superstitem principe,*** huic loco ita mederi studet, ut ***superstite principe*** emendet, quam correcturam non ex archetypo sed ex ipsius librarii ingenio prodiisse apparet. Simile quid accidisse

ut *nibus* *e* *is*
videtur XXVI 6 *et*, XXXVII 27 *legionum*, XXXIX 2 *antiquitatis religione*; reliquis locis H archetypi auctoritatem secutus correxisse videtur.

Praeter has correcturas ab ipsius librarii manu factas H alteram emendationem passus est a manu secunda (H_2), cuius correcturae diversi generis sunt: aut enim consentiunt cum vulgata lectione aut ab illa discrepant. Consentiunt autem cum lectione codicum ABCD hae correcturae manus H_2:

III 16	H	*reperta* (ita C)[1]	H_2	*repertam*
XX 17		*successione*		*possessione*
18		*quo* (ita C)		*tanto*
XXI 14		*abeunt*		*abeunti*
XXIV 12		*parva*		*prava*
XXVIII 16		*nervii*		*neruli*
		affectionem		*affectationem*
18		*et similitudine*		*a similitudine*
21		*ubii*		*nubii*
XXX 19		*proprior*		*propior*
XL 21		*lucus*		*lacus*
XLI 2		*proprior*		*propior*
XLV 4		*ortu se durat*		*ortus edurat*

Discrepant a lectione vulgata, quacum consentit ipsius codicis H lectio, hae lectiones manus H_2:

XX 14	H	*et inanimum*	H_2	*et animum*
XXIV 6		*expectantium*		*exspectantium*
XXIX 21		*acto*		*aucto*
XL 1		*largobardos*		*langobardos*
7		*nerthum*		*herthum*
XLI 1		*verborum*		*sueuorum*
XLII 6		*peragitur*		*pergitur*
XLIV 8		*exceptionibus*		*exemptionibus*

Si iam ex his paucis locis iudicium ferre conamur de indole illius correctoris, apparet e lectionibus in priore indice allatis, eum in corrigendo adhibuisse codicem quendam vulgatae traditionis, quem eundem fuisse atque archetypum codicis H veri simile non est, quia duobus locis H facit cum codice C vulgatae traditionis, corrector vero cum codicibus ABD: quare has correcturas ab archetypo codicis H exhibitas non fuisse putabimus. Quantum ad lectiones

[1] cf. Massmanni editionem pag. 51.

posteriore loco notatas attinet, dolendum est, quod non omnium codicum deteriorum vel editionum antiquiorum lectiones publici iuris factae sunt, et ad tales comparationes sola nos adiuvat editio Massmanniana non semper fide digna: consentiunt enim nonnullae harum correcturarum cum lectionibus, quae secundum Massmannum in solis primis editionibus vel in deterrimis Italorum codicibus exstant, ut XL 7 *herthum*, XLII 6 *pergitur*: neque quae hodie est notitia nostra talium librorum, investigare possumus, qualis sit nexus inter eos et manum H_2. Sed affirmare licebit, has correcturas H_2 manus esse coniecturas, seu falsas (XXIX 21) seu veras (XL 1), ex archetypo codicis H non deductas eamque ob rem nullius pretii in aestimandis eius lectionibus.

Restat, ut pauca dicam de duabus lectionibus codicis nostri et earum correcturis, de capitis XXVIII versu 16 et 21, ubi Nerviorum et Ubiorum commemorantur gentes. Longolius earum nomina sic profert: *Nervii, a m. rec. Neruli* et *(ed. Lotth. Ubii) a sec. m. Nubii,* praeterea rubro liquore addit *Neruli, Nubii*: iamque e Sellingio scimus (progr. p. 25) *in codice Hummeliano nomina propria populorum in margine liquore rubro eadem manu qua contextum verborum adscripta fuisse,* et ipse Selling codici H lectiones *Neruli, Nubii* vindicat. Res igitur ita se habet, ut ab eadem manu in codice H exstiterit *Nervii* et *Neruli, Nubii* et *Ubii*. Neque iam hoc loco diiudicare possumus, utrum utraque lectio ex archetypo sumpta sit, an altera — et utra — coniecturae librarii codicis Hummeliani debeatur: quare iis non nisi cautissime utamur indolem codicis nostri aestimaturi. In universum vero haec sequuntur ex inquisitione in correcturas codicis Hummeliani facta: si agitur de origine eius eamque ob rem imprimis de iis lectionibus, quas exhibuerit archetypum eius, adhibendae sunt ipsius verborum contextus lectiones et correcturae ab ipso librario factae, nisi ubi aperte coniecturam aliquam addere student; lectiones a manu H_2 exaratae reiciendae sunt, quia alio ex fonte deductae videntur esse; de lectionibus *nubii* et *neruli* utrum archetypo debeantur necne nondum constat.

Statutis hac ratione ipsius codicis Hummeliani lectionibus de origine eius, quam Holder Germanicam esse contendit, agere incipiamus. De hac Holderi opinione, ab ipso argumentis non fulta, egit — id quod iam in praefatione commemoravi — Baehrensius in annalibus Fleckeiseni anno 1880 p. 265 sqq., qui Holderum secutus et ipse codicem Hummelianum non ex apographo Henochiano (J), sed recta via ex archetypo illo Germanico (O) descendisse affirmat.

Probari hanc sententiam duabus rebus: quod solus omnium codicum singulares quasdam lectiones exhibeat, quas doctorum hominum quinti decimi saeculi coniecturis non deberi certum sit, et quod iis locis, quibus AB et CD — duo illa codicum Italicorum genera — inter se dissentiant, semper a partibus eius codicum generis stet, quod lectionem genuinam exhibeat, non unum semper atque idem, sed modo alterum, modo alterum genus auctoritate sua fulciens. Atque primum quidem eas lectiones consideraturi, quas ut codicis H solius proprias neque coniecturis ortas protulit Baehrensius, Schefczikium adeamus necesse est, qui dissertationem *de Taciti Germaniae apparatu critico* inseruit programmati Troppaviensi (1886) et de his lectionibus egit p. 13 sqq. In universum cum eo consentio, in singulis nonnulla addere liceat.

II 14 conditorisque] *conditoremque* H.

Cum Schefczikio mihi haud displicet haec coniectura codicis H, sed coniecturam eam esse puto, non genuinam lectionem traditionis Germanicae. Coniecturam vero talem et Italum facere potuisse cognoscas e codice Vindobonensi II (V), quem Romae anno 1466 scriptum esse subscriptio demonstrat (Huemer *Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn.* 1879 p. 801), quique lectionem *conditorisque* correxit in *conditoremque* (item S_2 *conditorem,* ad quam lectionem in capite tertio redeundum erit).

III 4 barditum] *baritum* H.

De hac lectione agendum nobis omnino non est, quoniam ab Hummelii Longolii Sellingii collationibus non exhibetur et ab Holdero e solo S_2 manus testimonio vindicata est codici Hummeliano, quam rationem ut incertiorem reiecimus.

III 13 incolitur] *incolatur* H.

Haec lectio non in H solo reperitur, sed etiam in codicibus MV; genuina non est, quia propter vocem *hodie* hoc enuntiatum ex ipsius auctoris vel aequalium eius sententia dictum videtur esse.

X 4 temere] *tenent* H.

Lectionem archetypi illius Fuldensis consensisse cum vulgata *temere* demonstrat Translatio S. Alexandri (Pertz Monum. Germ. hist. II 675).

XVIII 5 ambiuntur] *ambiunt* H.

Interpretatio a Schefczikio prolata persuasit mihi, genuinam esse codicum lectionem *ambiuntur* et codicem H temere neglegendo compendium corruptelae, non emendationis auctorem esse.

XXXVII 16 et ipso et ipse] *et ipse* H.

Veram lectionem hoc loco profert H, cum codices ABCD adiecto *et ipso* interpolati sint: sed non H solus hanc interpolationem e textu removit, sed etiam codices MV alii.

XL 5 suarines] *suardones* H.

Iam in codice B scriptum est *suarines*, et S exhibet in textu ab eadem manu *suarmes* seu *suardones* (dones), ita ut haec quoque lectio probet, codicem H ad traditionem Italicam eiusque coniecturas recedere.

Ex iis, quae attuli, satis mihi apparere videtur Baehrensium iis lectionibus codicis H, quas exempli causa protulit, originem Germanicam eius minime demonstrasse. Praeterea autem, si quaeritur, quaenam fides codici alicui ex lectionibus ipsius propriis habenda sit, non sufficit, in unam vel alteram inquisivisse, sed omnes enotandae sunt et de singulis est iudicandum. Itaque ab officio meo non abhorrere putavi, omnes lectiones, quibus H a codicibus ABCD discrepat, colligere et accuratius considerare. Quod cum fecissem, varia harum lectionum genera distinguenda esse inveni. Ac primum quidem permultae lectiones vulgatae discrepant a codice H ratione scribendi: nam H litteram *t* ante *i* cum insequenti vocali saepissime in *c* commutat; praeterea pro diphthongis *ae* et *oe* scribitur *e*, quem usum iam Hummelius in praefatione sua notavit. Littera *h* saepius iniuria apponitur itemque omittitur. Accedit, quod H certam regulam non secutus modo *ads-*, modo *ass-*, modo *adp-*, modo *app-* scribit, alia. Sed haec omnia et in Italorum codicibus variant, quoniam minutiae sunt fere omnium codicum saeculo XV. scriptorum propriae, quare infra, ubi de aliis codicibus eiusdem aetatis agitur, quam brevissime talia complectar. Quae omnia nihil prosunt in demonstranda duorum codicum similitudine aut dissimilitudine. Tantum hoc probat ea scribendi ratio, qua utitur codex Hummelianus, illum, siquidem exscriptus est ex archetypo Fuldensi, non multum ante typographiam inventam esse exscriptum: orthographia enim eius est recentior, cuius praeter alia hoc quoque proprium est, quod nomen *oceanus* per duas semper scribitur litteras *c*.

Alterum deinde genus lectionum Hummelianarum singularium illud est, quod manifesto librarii errori debetur et correctoris emendationem effugit. Cumque in illis per se pateat, eas nihil facere pro origine codicis a reliquorum codicum origine diversa, nullis notis adiectis ex ordine eas adscribam.

I 10	H *effusis*	pro	*effusus*	
II 21	*aditum*		*additum*	
	renum		*rhenum*	
VI 3	*pastas*		*hastas*	
VII 11	*non casus* bis		*non casus*	
XXXV 2	*semptentrionem*		*septentrionem*	
12	*virium precuum*		*virium precipuum*	(ita D)
XXXVII 9	*imperatores*		*imperatoris*	,
XLV 18	*neque*		*nec quae*	
25	*volucra*		*volucria*	
XLVI 8	*sennosque*		*fennosque*	

Sequuntur ii loci, quibus H discrepat a lectione vulgata, eadem vero manus ad fidem archetypi cum lectione vulgata consentientis correxit (cf. p. 34): qui et ipsi codicem nostrum artius conectunt cum traditione vulgari. Alia ex parte eas lectiones, quibus H consentit cum lectione vulgata, H_2 ab ea discrepat (enumeravi eas p. 35), quicquam pro sententia contraria facere non puto. Difficilior iam res evadit, ubi H_2 consentit cum lectione vulgata, dissentiente ab ea ipso H. Nam his locis utrum H lectiones suas e fide archetypi receperit an sua sponte interpolaverit nescimus. Sed si accuratius perlustramus has lectiones (exceptis semper *Nerviis* et *Ubiis*, XXVIII 16. 21), facere non poterimus, quin comparata lectione codicum ABCD iudicemus has lectiones ad unam omnes genuinas non esse neque umquam exstitisse in archetypo illo Germanico: quod iudicium ipsum se defendit, quare longiore argumentatione supersedeo. Lectiones vero, ubi ipse H interpolare studuit corrigendo, iam supra attuli (cf. p. 34. 35): et illae hac in disputatione nihil efficiunt; neque ii loci, quibus varia adnotata est lectio ab ipso librario codicis H, consentiente cum Italorum codicibus aut textu aut nota marginali afferendi sunt, quia utrumque potuit fieri: aut enim lectio cum vulgata consentiens propria est codicis H: tum varia illa pro interpolata est habenda; aut lectio a vulgata discrepans tribuenda est codici H: tum varia illa lectio cum vulgata consentiens demonstrat, archetypum codicis H notitiam habuisse Italorum lectionis. Locos huc pertinentes in indice nostro facile reperies; de uno fortasse aliquid addere licebit, quia de eo fusius disseruit Schefczik (p. 13): cap. II 17 exhibet H in textu *de eo*, ab eadem manu in margine scriptum est *deo* (lect. vulg.). Lectionem *de eo*, scil. *ortos* interpolatam esse iam eo demonstratur, quod verbum *oriri* aut cum ablativo casu construitur aut cum praepositione *ab* vel *ex*: praepositionis *de*

exemplum illis quidem temporibus ego inveni nullum; quare non faciam cum Schefczikio, qui lectionem *de eo* praefert.

Praeterea, id quod rerum natura fert, lectiones quasdam reperimus, quibus H ab Italorum codicibus discrepat involuntaria quadam permutatione — quod omnibus codicibus evenire solet, inter se licet simillimi sint — aut perverso verborum ordine, aut vocula *ac* pro *et* posita et invicem, neglectis compendiis, aliis differentiis. Talium lectionum in numerum referendae sunt:

I 2	H	*ac danuuio*	Lect. vulg.	*et danubio*
9		*molli ac clementer* [1]		*molli et clementer*
III 18		*raecie germanieque*		*germanie raetieque*
VI 10		*distinguuntur*		*distingunt*
21		*primum*		*primo*
VII 3		*ac conspicui* [1]		*si conspicui*
9		*ac signa*		*et signa*
XI 3		*apud principem*		*apud principes*
XIX 7		*et per*		*ac per*
XXV 11		*his*		*iis*
12		*regnant*		*regnantur*
XXVII 8		*honestum*		*honestum est*
XXIX 13		*mente animo*		*mente animoque*
XXXII 5		*laus est*		*laus*
XXXIII 11		*fortuna praestare*		*praestare fortuna*
XXXVII 9		*Traiani imperatores*		*imperatoris Traiani*
XXXVIII 9		*sepius*		*saepe*
13		*habet*		*habent*
XLII 3		*etiam ipsa* (ita B)		*ipsa etiam*
XLIII 2		*retro* (delevit H_2)		*quadorumque*
3		*cultu*		*cultuque*
XLV 4		*ebetet et*		*hebetet*
23		*arboris*		*arborum esse*
31		*labuntur mare*		*mare labuntur*
XLVI 11		*ac peditum*		*et peditum*
19		*que imbrium*		*imbriumque*

Leviorum interpolationum ab emendatore quodam factarum, minime vero genuinarum lectionum speciem prae se ferunt hae:

[1] His locis codicem H errasse apparet: neque enim Tacitum *ac* ante *c* litteram insequentem ponere fuisse solitum puto.

XXIX 13	H *mente: animo* (*manente* corr.)	L. v.	*mente animoque*
XXX 7	*animis*		*animi*
16	*raro* (D)		*rari*
XXXIX 3	*statuto*		*stato*

Sequuntur eae lectiones in codice H exstantes, quae nullo signo manifesto se interpolatione ortas esse produnt, at tamen, accuratius consideratae, in coniecturarum numerum sunt referendae. Imprimis in nominibus propriis saepius mutatum est, ubi ea, quae in archetypo exstabant, difficiliora erant lectu et intellectu. Sic conferas cap. II 13 H *marnum* cum codice C *mannun*: in utroque codice deest una lineola ad genuinam lectionem *mannum* complendam. Eodem loco quod legitur *vistonem* — *tuisconem* comparandum esse puto cum *bistonem* — *tuistonem* codicum CD. Simili modo conferas XXXIV 1 *dulcubuni* (C_2) cum codicis H *dulcubini*, *thasuarii* (A) cum *chasuarii* H (litterae *c* et *t* saepius confunduntur). Neque aliter factum esse existimo, ut in codice H pro *vandilios* (*-alios*) vulgatae traditionis (II 18) *vandalos* (*-ileos*), pro *hercynius*, *-io* (XXX) *herquinius*, *-io*, pro *nuithones* (XL 5) *uuithones*, pro *manimos* (XLIII 14) *lanimos* scriptum inveniamus. Graeca ab auctore codicis H non legebantur, nam post *nominatumque* (III 14) lacunam indicavit, ubi reliqui codices ἀσκιπύργιον pergunt. Hoc quoque codicis deterioris signum codicis H proprium est, quod archetypum suum exscripsit non ea respiciens, quae Tacitus dicere voluerit, sed in proxima tantum verba animum advertens, quare, cum sensus expleri non videretur, saepius temere mutavit verborum exitus, ut *principis* in *principes* (XIV 13), *cetera* in *ceteri* (XVII 2), *oblectationi* in *oblectatione* (XXXIII 8) *trucis* — *feritati* in *trucis* — *feritatis* (XLIII 22). Semel etiam, ubi apographum Henochianum corruptela laborabat, emendare studuit: pro *in urgentibus* scripsit *in gentibus* (XXXIII 10): quod coniecturae Itali cuiusdam deberi demonstrant C_2 M S. Reliquas eius interpolandi generis lectiones breviter ex ordine consideremus necesse erit.

II 9 *nisi si* codicum ACD quid sibi vellet, non intellexit H mutavitque in *nisi sibi*. Et falso quidem: si enim scribitur *sibi*, Tacito peccatum contra artis grammaticae leges subditur: neque enim enuntiatum illud *nisi si patria sit* pendet e verbo *peteret* — quod positum est in modo coniunctivo imperfecti, post quem modum coniunctivus praesentis ferri non potest — sed additum est ex ipsius Taciti sententia: at si quis interpolando alterum illud *si* mutat in *sibi*, arte conectit inter se haec duo enuntiata. Unde cum gram-

maticum illud mendum resiliat, *nisi sibi* pro lectione genuina habere eamque ob rem in textum recipere — quod fecit Holder — nolo.

XII 5 Lectio vulgata exhibet *insuper crate*, H vero et V scripserunt *insuper et crate*, fortasse lectione aliqua superscripta, ut *crate* (A) commoti. Interpolatam esse hanc lectionem per se patet: quid enim praeter cratem inicitur insuper, quo illud *et* iustificetur?

XV 12. Lectionem *singulis* pro *a singulis* coniectura ortam esse sententiarum conexu demonstratur: neque enim dativo casu opus est, cum e praecedentibus appareat mitti haec dona principibus, sed ablativo, qui, a quonam mittantur haec dona finitimarum gentium, nos edoceat.

XXXIV 11. Facillime pro *consensimus* verbum usitatius *consuevimus* recipi potuit a librario codicis H, itemque **XXXVIII 5** *obligare* pro *obliquare.*

XXXVIII 12. *religant* interpolatum esse demonstrant *religatur* AB et *ligant* CD, quas lectiones divergentes in unam redigere studuit H.

XXXIX 1. *se nobilissimosque* lectio vulgata. H neglegentia librarii aut omisit *que* eamque ob rem *se* in *seu* mutare debebat aut interpolando scripserat *seu* pro *se* eamque ob rem delere cogebatur *que.*

XLV 4. *ortu se durat* coniectura erat facillima, si non placebat vulgatum illud: *ortus edurat.*

Consideratis atque, ut spero, aliqua ex parte explicatis his lectionibus, iam nobis reliquum est, ut quaeramus, quotnam lectiones restent codicis H propriae, quae pro genuinis habendae sint neque consentiant cum traditione vulgata. Non sunt multae: restat enim sola *abnobe* (I 10) codicis H, cum lectio vulgata exhibeat *arnobae* sive *arbonae.* Genuina lectio *abnobae* primum invenitur in margine editionis anni 1497 e coniectura Hermolai Barbari (cf. Walther, ed. Tac. tom. IV p. 6 not.): sed monendum est, illis temporibus post repertam Germaniam multos viros doctos his rebus studuisse et facile iam ante Hermolaum aliquem doctiorem e quovis fonte verum illud montis nomen refingere sibi potuisse: e cuius coniectura hoc nomen in codicem nostrum pervenit. Quare, si iam omittimus ambiguam illam *Nerviorum* et *Ubiorum* commemorationem — quorum nomina facilius etiam erant restituenda quam *Abnobae* montis — nulla iam nobis remansit lectio codicis H, quae ita

discrepet a traditione vulgata, ut nos cogat, huic codici aliam quam reliquis codicibus originem vindicare.

Sic iam demonstrare studui, alterum illud Baehrensii argumentum, quod protulit pro origine Germanica et insigni praestantia codicis Hummeliani, nihil valere; videamus nunc, quid ex altero sequatur, nempe ex eo, quod H non unum semper atque idem genus codicum Italicorum, sed modo hoc modo illud auctoritate sua fulciat: quod ita se habere Baehrensio concedo. Sed in hac quoque quaestione suffecturum esse puto non eum, qui, quod fecit Baehrensius, unam tantum alteramve lectionem exempli causa protulerit, sed qui omnes eadem cum diligentia examinaverit. Quod facere cum conatus essem, re vera codicem H mira quadam ratione consentire modo cum codicibus AB modo cum CD inveni. Liceat mihi huius rei exempla nonnulla proferre: codicum Italicorum lectiones secundum Muellenhoffii *Germaniam antiquam* enotavi.

		AB	CD
cap. II	14	*tris*	*tres* H
	17	*pluris*	*plures* H
	25	*etiam*	*et* (om. C) H
III	13	*hodieque* H	*hodie*
IV	6	*ceruli* H	*cerulei*
V	7	*eaeque* H	*eatque*
	8	*propitiine* H	*propitii*
VII	17	*aut exigere*	*et exigere* H
XIII	4	*cum*	*tum* H
	14	*principum* H	*principium* H var.
XIV	2	*adequare* H	*equare*
XIX	9	*invenerit* H	*invenit*
XXII	9	*sed et* H	*sed*
XXV	9—14	desunt	adsunt H
XXVI	8	*seperent* H	*separent*
XXVIII	1	*autor*	*auctorum* H
XXXV	6	*sinuetur* H	*sinatur* H m.
XXXVI	8	*fusi*	*fosi* H
XL	3	*ac periclitando* H	*et periclitando*
XLI	7	*passim sine* H	*passim et sine*
XLII	7	*mansere* H	*manserunt*
XLIII	1	*buri* H	*burii*
	7	*gotini* H	*cotini*
XLIV	1	*oceanum*	*occeano* H

	AB	CD
XLV 4	*ortum*	*ortus* H
	formasque H	*formas*
XLV 9	*abluuntur*	*adluuntur* H
19	*gignat* H	*gignit*
36	*gens*	*gentes* H
37	*differunt*	*differuntur* H

Quae cum ita sint, Baehrensio concedendum est codicem H non AB aut CD genus omnibus locis sequi, sed ex utriusque familiae lectionibus suas elegisse: quaeritur iam, num ex hac re necessario concludendum sit codicem nostrum non ex eodem fonte, quo reliquos, originem duxisse. Atque primum quidem moneri potest, lectionibus codicis H solius propriis veri similem hanc coniecturam factam non esse, quare etiam hac in re non nisi necessitudine coacti codicem H ex Henochi apographo non pendere statuemus. Sed duabus aliis rationibus hanc codicis nostri inconstantiam in eligendis lectionibus explicari posse puto; aut enim archetypum eius revera pendebat ex apographo Henochiano, sed non e codicibus illis X aut Y (cf. praefationem a Michaeli edendo dialogo praemissam), immo e tertio quodam codice recta via ex Henochi apographo descendente; aut archetypum ipsum codicis H e codice generis AB (sive CD) erat exscriptum et secundum auctoritatem codicum CD (sive AB) correctum: atque hanc explicandi viam iam ipse Baehrensius ingressus est, ut demonstraret, quomodo factum esset, ut archetypum codicum M et S (γ) modo codicum AB modo CD lectiones exhiberet. Favent huic explicationi, quantum ad codicem H attinet, duo illi loci (XIII 14 XXXV 6), ubi H alterius generis lectionem in textu, alterius pro varia lectione in margine adnotatam exhibet. Sed utra explicatio vera sit, tum demum diiudicare poterimus, cum de ipso archetypo plura constabunt: hoc loco iudicium nondum feramus et id solum moneamus, veri simile non esse codicem H originem ex archetypo illo Fuldensi recta via duxisse propter differentias inter illum et translationem S. Alexandri exstantes, quarum unam iam supra attulimus (p. 37 X 4 *temere* — *tenent*), accedit altera X 19: *sed etiam* Meginhardus, *sed* lectio genuina D, omiserunt ABCH. — Quare iam in eo acquiescamus, ut Baehrensii altero argumento minime nos cogi dicamus, ut codicem H ex archetypo illo Fuldensi ortum esse statuamus; accuratiorem vero disputationem de archetypo codicis nostri nexuque inter illum et Italorum codices intercedente secundo capiti reservemus.

Reiectis ita duobus illis Baehrensii argumentis, quibus originem Germanicam codicis Hummeliani demonstrari contenderat, nihil iam impedit, quominus codicem nostrum ex apographo Henochiano pendere sumamus. Neque quicquam huic sententiae video contradicere. Atque id ipsum statuendum erit, longam codicum seriem intercedere inter apographum illud et codicem H, et multos viros doctos his codicibus intercedentibus operam navasse emendando et corrigendo: ita ut primo obtutu H in praestantiorum numerum referri posse videretur. Interpolatum autem esse codicem nostrum saepius monuimus, et emendationis testes sunt nomina illa propria in genuinam formam restituta *(Abnobae, Nervii, Ubii)*. At codicem interpolatum et emendatum pro fundamento artis criticae exercendae habere nolumus: quare Holderum et Baehrensium non bene fecisse putabimus, quod inverso codicum ordine codici H primum locum in restituendo Germaniae textu tribuerunt. Sed quot lectiones codicis H proprias et a lectione vulgata gravius discrepantes in textum recepit Holder? Perlustremus eas breviter: primum sunt tria illa nomina propria — ceterum iam dudum virorum doctorum coniectura sanata — deinde unam coniecturam codicis H, quam ego quoque recipiam (II 14 *conditoremque*), tum tres alias, quae mihi haud ita placent: id quod iam supra monui, de II 9 *nisi sibi* p. 41, de III 13 *incolatur* et XVIII 5 *ambiunt* p. 37. Quas lectiones codicis H praeterea Baehrensius in textum relaturus fuit, eas iam missas faciamus, quia has genuinas non esse per se patet. De lectionibus, quas Holder in alteram editionem Germaniae (Freiburg-Tübingen 1882) recepit, conferas censuram a Helmreichio in Bursiani annalibus 1884 II p. 129 actam.

Ex iis quae attuli satis mihi apparere videtur, quam parvum lucrum e lectionibus codicis Hummeliani propriis percipiamus: quod cum ita sit, codici Hummeliano omnino nullum — nedum, ut Holder et Baehrensius primum — locum in recensenda Taciti Germania concedam.

Caput alterum.

De Taciti Germaniae codice Vindobonensi II et de archetypo codicum Hummeliani et Vindobonensis.

Cum in capite primo scriberem de Taciti Germaniae codice Hummeliano atque id agerem, ut hunc codicem ex apographo Henochiano pendere demonstrarem, inter alia argumenta compluriens protuli lectiones e codice Vindobonensi (V) depromptas et consentientes cum codice Hummmeliano (p. 37. 38. 42). Sed hi codices non solum in una alterave lectione, verum tota indole ita consentiunt, ut Hummelianum et Vindobonensem tamquam fratres esse appareat: nexumque eorum revera fraternum esse hoc capite accuratius explicare et argumentis fulcire conabor; cumque invenerimus hos duos codices ex uno eodemque archetypo exscriptos esse, quaeremus, quidnam inde concludi possit de huius ipsius archetypi indole et de nexu eius cum reliquis Germaniae codicibus intercedente.

Sed priusquam in ipsam materiam ingrediamur, pauca mihi praefari liceat de fontibus, e quibus ea, quae de codice Vindobonensi sum adlaturus, hauserim. Codicem Vindobonensem II ad id tempus ignotum primus in lucem protulit I. Huemer, accuratam eius et descriptionem et collationem exhibens (*Zeitschrift für die österr. Gymnasien* tom. XXIX p. 801 sqq.); ne confundas hunc codicem cum Vindobonensi I, qui olim fuit codex Sambuci, annalium libros XI—XVI, historias, Germaniam, Dialogum continente (cf. Massmanni ed. p. 21): qui ipse quoque Vindobonae servatur in bibliotheca imperiali numeroque signatur IL. Quae de codice nostro scripsit Ed. Philippus in adnotationibus *ad Taciti codicem Vindobonensem II*

confectis (*Wiener Studien* tom. XI p. 288—290) nihil novi attulerunt, nisi quod de aetate codicis, quae docuit subscriptio eius, confirmantur. Huemeri vero collatio diligenter aliis locis correcta, aliis amplificata est dissertatione Schefczikii *de Cornelii Taciti Germaniae apparatu critico* (Troppau, progr. 1886). Mihi, cum a Beerio, viro doctissimo, qui Vindobonae bibliothecarii munere fungitur, petiissem, ut codicem Vindobonensem in usum meum cum collatione codicis Hummeliani conferret, responsum est, inspecto codice confirmari Huemeri vocem, qui dixisset, post Schefczikii collationem opus non esse futuris: quare — actis Beerio gratiis debitis — in Huemeri et Schefczikii collationibus acquievi. De tota codicis natura nonnulla accuratiora, imprimis collationem Dialogi auctiorem — continet enim V tria volumina, quae completa sunt Blondi Flavii operibus, Suetonii reliquiis, Taciti Germania et Dialogo, epistulis — in Scheueri dissertatione *de Tacitei de oratoribus dialogi codicum nexu et fide* (*Breslauer philologische Abhandlungen* VI 1) invenies. Ipsa Germania continetur volumine primo, quod Huemerum secuti ita fere describere possumus.

V (II, tom. I) est Vindobonensis tabularii publici codex DCCXI, chartaceus, scriptus Romae anno 1466, ut e subscriptione voluminis alterius apparet:

»hugo haemste scripsit Rome Anno 1466 impensis R^mi^ in xpo prs & dm: dm Io. dei & apostolice sedis gratia epyscopi Tridentini: a.«

Folia continet 239, quorum folia inde a 200^r^ usque ad 211^v^ exhibent *Taciti de origine et situ Germanorum* librum.

Cuius codicis similitudinem manifestam, cum codice H si comparabatur, primo obtutu animadverterunt quicumque de his codicibus egerunt viri docti, Huemerum Schefczikium Scheuerum dico. Qui omnes, cum codices nostros ἐν παρέργῳ tractarent, tantum id egerunt, ut exscriptis nonnullis lectionibus, quibus H et V inter se consentientes discrepant a lectione vulgata, eos inter se simillimos esse demonstrarent; nobis, quibus hac in re summa huius capitis versatur, omnes lectiones codicum H et V, quot quidem notae sunt, erunt comparandae. Quod ut facilius fieri possit, numeros editionis Muellenhoffianae secutus primum lectiones codicis Hummeliani, quas in primo capite e collationibus Hummelii Longolii Sellingii collegi, exscripsi, deinde lectiones codicis Vindobonensis, quas Huemer et

Schefczik nobiscum communicaverunt, adnotavi, tum tertio loco posui eas lectiones, quibus H et V ita consentiunt, ut lectio archetypi restitui posse videatur: quod archetypum signavi nota δ: revera exscriptos esse H et V ex eodem illo archetypo, infra erit demonstrandum.

Comparatio lectionum codicis Hummeliani et lectionum codicis Vindobonensis II in Huemeri et Schefczikii collationibus exstantium.

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
I 1	Germania omnis a	—	ERMANIA	—
	nis a	—	OMNIS A | a	—
	Raetisque	raecijsque	raetijsqꝫ	—
2	et Danuvio	ac danuuio	ac danubio·	ac . . .
	Dacisque	—	dacisqꝫ	—
3	cetera Oceanus	cetera occeanus	cetera occeanus	cetera occeanus
5	complectens	—	conplectens	—
6	quos bellum	—	quos regnum	—
		—	bellum V_2 *marg.*	—
	Raeticarum	raeticarum	raeticarum	raeticarum
7	praecipiti	—	precipiti	—
8	septentrionali	septentrionali	—	—
	Oceano	occeano	occeano	occeano
9	Danuvius	danuuius	b DAnuuius	danuuius
	molli et clementer	molli ac clem.	—	—
10	Abnobae	abnobe	arnobae	—
	effusus	effusis	—	—
	pluris	—	plures	—
11	erumpat	erumpat	—	—
II 2	hospitiis	hospicijs	hospiciis	hospiciis
4	quaerebant	—	querebant	—
5	Oceanus	occeanus	occeanus	occeanus
7	Asia, Africa	—	Asya, Affrica	—
9	nisi si	nisi sibi	nisi sibi patria	nisi sibi
12	genus est	genus est	—	—
	Tuistonem	vistonem,	bistonem	—
		tuisconem H *m.*	*var.* tuistonemV *m.*	—
13	editum, et	—	editum ei	—
	Mannum	marnum	inannum	—
		mannum H *m.*	—	—
14	conditoresque	conditoremque	conditorisque	—
		—	*corr.* V conditorem-	—
		—	que	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
II 14	tris	tres	tres	tres
15	Oceano	occeano	occeano	occeano
	Ingaevones	—	ingaevones	—
16	Herminones	herminones	herminones	herminones
	Istaevones	istaevones	istaevones	istaevones
17	ut in	ut in	—	—
	pluris	plures	plures	plures
	deo	de eo, deo H *m.*	—	—
	plurisque	pluresque	pluresqʒ	pluresque
18	Gambrivios	ʒambriuios	gambruvos	ʒambruuos
	Suebos	—	suevos	—
19	Vandilios	vandalos vandileos H *m.*	vandilios	—
	affirmant	—	adfirmant	—
20	Germaniae	—	Germanie	—
21	additum	aditum	—	—
	Rhenum	renum	—	—
22	tunc Germani	tunc germani	—	—
23	sint	—	sint	—
	evaluisse	—	et valuisse *corr.* V evaluisse	—
25	mox etiam a se	mox et a se	mox &a se	mox et a se
III 1	fuisse apud	—	fuisse & apud	—
	memorant	—	com|memorant *corr.* V memorant	—
3	haec	—	hec	—
4	barditum	—	barditum, al'. baritũ	—
7	vocis ille	—	voces illae [V *m.*	—
	videtur	videntur	videntur	videntur
	affectatur	—	adfectatur	—
8	praecipue	—	precipue	—
9	obiectis	—	obiectis	—
10	Vlixen	—	ulixen	—
11	Oceanum	occeanum	occeanum	occeanum
12	Asciburgiumque	—	asciburgiumqʒ	—
13	hodieque incolitur	hodieque incolatur	. . . incolatur	. . . incolatur
14	nominatumque	nominatumque	—	—
	. . . .	*LACVNA*	*ΑΣΚΙΠΥΡΓΙΟΝ* aram, Aschiburgiũ	—
15	quin etiam	—	quin &iam [V_2 *m.*	—
16	repertam	repertā $^{H_2}_{H_1}$	repertā $^{V_2}_{V_1}$	reperta
	monumentaque	monimentaque	—	—
18	confinio Germaniae Raetiaeque	confinio raecie germanieque [1]	raetiae | qʒ ve (ve *del.* V.)	—

[1] *germanique* p. 8 errori typothetae debetur.

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	ঌ
III 18	quae neque confir-	—	quae confirmare	—
IV 1	Germaniae [mare	—	germanie	—
2	conubiis	—	coñubiis	—
5	quamquam	—	tanq̃, q̃q̃ V_2 *m*	—
6	idem omnibus;	idem omnibus:	—	—
	caerulei	ceruli	caeruli, cerulei V_2 *m*	caeruli
	rutilae comae	—	rutilę comę	—
8	patientia	—	pacientia	—
9	inediam	—	inedia in V,	—
		—	inediam *corr.* V_2	—
10	assuerunt	—	adsuuerũt	—
V 3	ventosior qua	ventosior qua	—	—
5	impatiens	—	impaciens	—
7	eaeque	eeque	eaeque	eaeque
8	propitiine	propitiine	propitii ne	propitiine
10	nullam Germaniae	nullam germanie	—	—
12	haud perinde	—	haud proinde	—
14	quam quae	—	quamque	—
15	commerciorum	commerciorum	commertiorum	—
16	formasque	—	formas. que	—
17	nostrae pecuniae	—	nrē pecunie	—
			a	
20	serratos	—	serratos	—
21	affectione	—	affectione	—
VI 3	hastas	pastas	—	—
5	habili	abili	habili	—
	vel comminus	—	vel cominus	—
8	pluraque	pluraque	—	—
	atque in immensum	—	atquē īmensum	—
10	distinguunt	distinguuntur	distiguunt	—
11	aut galea	aut galee	aut geleae	—
12	variare gyros	. . . giros	variare . . .	—
14	ita coniuncto	. . cuncto	ita cuncto	. . cuncto
16	aestimanti	—	estimanti	—
17	proeliantur	—	preliant̃	—
			i	
19	delectos	dilectos	delectos	—
	definitur	definitur	—	—
21	quod primo	quod primum	qd' primũ	quod primum
24	consilii	magis . . .	conçilii	—
	formidinis	formidinis	—	—
26	flagitium	—	flagiciũ	—
		in		
27	inire	adire	—	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
VII 2	infinita aut libera	—	infinita nec ac libera (nec *del.* V)	—
,	et	—	et	—
3	potius	—	pocius	—
	si conspicui	ac conspicui	—	—
5	vincire	vincire	—	—
6	ne verberare quidem	ne verberare ..	neqʒ verberare quidem	—
9	et signa	ac signa	—	—
11	non casus	non casus *bis*	—	—
12	et propinquitates	—	et propinquitates	—
13	feminarum ululatus	feminarum ululatus	—	—
14	audiri	—	audiri	—
14. 15	hi — hi	hij — hij	—	—
16	numerare et exigere	. . . . et exigere	numerare &	. . . et . . .
17	cibosque et hortamina	—	cibos & hortamina	—
VIII 4	comminus	—	cōminus	—
	impatientius	—	inpacientius	—
9	neglegunt	—	negligūt	—
10	Veledam	—	veledam	—
11	numinis	—	muminis	—
	sed et olim	—	sed ut olim	—
	Albrunam	—	auriniam	—
12	compluris	—	conplures	—
13	tamquam	—	tanquam	—
IX 3	Martem et Herculem	—	herculem ac martem	—
4	Sueborum	—	suevorum	—
5	comperi	—	conperi	—
8	assimulare	—	adsimulare	—
9	caelestium	—	celestium	—
X 1	auspicia	auspicia	—	—
4	temere ac fortuito	tenent ac fortuito	+ temere, tenent V_2 *m*	—
5	spargunt	—	sꝑgunt	—
	consuletur	—	consulet̃	—
6	privatim	—	privatĩ	—
7	caelumque	—	celumqʒ	—
8	impressam	—	inpressam	—
9	interpretatur	—	interpraetat̃	—
13	praesagia	—	presagia	—
14	iisdem	—	hisdem	—
15	contacti	—	contacti, contactis V_2 *m*	—
17	ac fremitus	—	ac fremitus	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
X 18	auspicio	auspicio	—	—
19	plebem, sed apud	sed *omis.* H	plebem apd'	sed *omis.*
	proceres	—	proceres	—
20	illos	—	illos	—
21	observatio auspicio-rum	observacio auspicio-rum	—	—
22	exploratur	—	explorant	—
23	quoquo	quoquo	—	—
24	quemque	quemque, quoque [H *m.*	quēqʒ	quemque
XI 1	principes consultant	principes consultant	—	—
3	apud principes	apud principem	—	—
	pertractentur	pertractentur	praetractent̃	—
5	incohatur	—	inchoat̃	—
6	auspicatissimum	auspicatissimum	auspicatis-simum	auspicatissi-mum
8	computant	conputant	conputant	conputant
10	nec ut iussi	nec ut iussi	—	—
11	cunctatione	conctatione	cunctatione	—
12	absumitur	—	b adsumit̃	—
	turba	—	turbe	—
13	tum	—	tum	—
	coercendi	—	cohercendi	—
15	aetas	—	etas	—
19	assensus	—	adsensus	—
XII 4	caeno	—	caeno	—
5	insuper crate	insuper et crate	insuper et grate, crate V_2 *m*	insuper et . . .
6	illuc	illud, *corr.* H illuc	—	—
	tamquam	tamquam	—	—
7	flagitia	flagicia	—	—
8	poena	—	poenarum	—
	pecorumque	pecorumque	—	—
9	numero	numero	—	—
	mulctantur	—	mulctantur	—
	mulctae	—	mulctae	—
10	vindicatur	—	vindicat̃	—
11	exolvitur	—	absolviturV, exs.V_2 [*m.*	—
	iisdem	hisdem	hisdem	hisdem
12	principes	—	principes	—
13	consilium	—	concilium	—
14	auctoritas	auctoritas	—	—
	assunt	—	adsunt	—
XIII 4	tum in	tum in	tum	tum . .

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XIII 5	propinqui	—	propinqui, -quus	—
6	haec	—	hec [V_2 *m.*	—
7	rei publicae	—	rei pu^{oe}	—
9	dignationem	—	dignationem	—
	adolescentulis	adolescentulis	adulescentulis	—
	assignant	—	adsignant	—
11	rubor	rubor, robur H *m.*	robur, rubor V_2	robur, rubor
12	iudicio	—	iuditio	—
13	aemulatio	—	emulatio	—
14	principum	principum, -pium H	principium^{1}, pum^{1}:	principium^{1} pum^{1}
	cui	— [*m.*	+ cui	—
15	acerrimi	—	accerrimi	—
	hae vires,	.. vires.	hec vires	vires
16	circumdari,	circumdari,	—	—
XIV 2	adaequare	adequare	adequare	adequare
3	infame in	infamem, *corr.* e-in	infamem	infamem
4	superstitem	superstitẽ, ˜*del.* H	—	—
	principi	principe	principi^{e}	—
	ex acie	—	ex aciem, acie *corr.*	—
5	fortia	forcia	— [V	—
6	assignare	adsignare	—	—
	praecipuum	precipuum	precipuum	precipuum
8	otio torpeat	ocio . . .	ocio torqueat	ocio . .
9	adolescentium	—	adulescentium	—
11	et facilius	et facilius	—	—
	clarescunt	clarescunt	—	—
12	non nisi vi	—	non nisi in	—
	belloque tuentur	—	bello que tueare	—
13	exigunt enim	exigunt enim	—	—
	principis	principes	. . . principes^{i}	principes
14	equum	—	equ^{u}om	—
15	et quamquam	et quamquam	—	—
16	munificentiae	munificencie	—	—
18	exspectare	—	expectare	—
19	hostem	hostem	—	—
	vulnera	—	vulnera	—
	quin immo et	—	q̃n y^{0} &	—
20	adquirere	—	a^{c}quirere	—
XV 1	quotiens	quociens	—	—
2	otium	ocium, ozium	ocium	ocium

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XV 6	hebent	ebent	habent, hebent [*corr.* V	—
	iidem	idem	idem	idem
11	non modo	—	nõ modo	—
12	a singulis	singulis	singulis	singulis
	sed et publice	sed et publice	sed et . . .	sed et . . .
13	magna	—	magna	—
	phalerae	falere	falere	falere
XVI 4	locant	—	locant	—
5	conexis	—	connexis	—
	cohaerentibus	—	coherentibus	—
6	circumdat	—	circundat	—
7	inscitia	inscicia	—	—
	ne caementorum	—	nec cementorum V_1	—
9	delectationem	delectationem	—	—
10	quaedam	—	quedam	—
	illinunt	inlinunt	inlinunt	inlinunt
11	lineamenta	—	liniamenta	—
12	supterraneos	—	subterraneos	—
13	eosque multo	—	eosqʒ insuper,	—
	insuper	—	multo V *m.*	—
14	hiemis	—	hyemi	—
	quia	quia	quia	quia
17	quaerenda	—	querenda	—
XVII 2	cetera	ceteri	—	—
3	distinguuntur	—	distingunt̃	—
4	Sarmatae	—	sarmate	—
5	gerunt	—	gerunt	—
		ter corr. H		—
6	neglegenter	negligentius	negligenter	—
7	commercia	commercia	commertia	—
9	Oceanus	occeanus	—	—
14	lacertos	—	laceratos, lacertos [*corr.* V	—
XVIII 1	quamquam	—	tãq̃ V_1	—
5	nuptiis	—	nupcijs	—
	ambiuntur	ambiunt	ambiunt̃	—
7	et propinqui	—	& propinqui	—
	ac munera	—	ac munera	—
	probant, munera	—	probant: munera	—
8	non ad delicias	. . . delicias	non ad delicias	. . . delicias
12	affert	adfert	—	—
	arcana	archana	archana	archana
15	incipientis	—	incipientis	—
	auspiciis	auspiciis	—	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XVIII 19	denuntiant	—	denunciant	—
	sic pereundum	sic pariendum	. . pariendum	pariendum
20	reddat	—	reddat	—
21	rursusque	rursus que	rursusque	—
	referantur	—	referantur	—
XIX 1	saepta	septa	—	—
	pudicitia	pudicicia	—	—
2	nullis	—	nullus	—
	corruptae	—	corrupte	—
3	pariter ac	pariter ac	pariter &	—
5	abscisis	—	abscisis	—
7	ac per omnem vicum	et per	ac per omnem vicum	—
8	pudicitiae	pudicicie	—	—
9	invenerit	invenerit	invenerit	invenerit
10	vitia	vicia	—	—
	nec corrumpere	—	nec corrumpere	—
	et corrumpi	—	nec corrũpi	—
11	quidem adhuc eae	—	quidem & adhuc eae	—
16	tamquam	—	tanq̃	—
17	ament	—	ament	—
	liberorum	—	liberorum	—
	finire	—	future finire, future *del.* V	—
18	agnatis	—	adgnatis	—
	flagitium	flagicium	—	—
19	bonae	—	bone	—
XX 3	nec ancillis aut	—	nec ancillis ac	—
4	educationis deli-	educacionis deli-	—	—
5	ciis dignoscas	ciis dinoscas	. . dinoscas	. . dinoscas
	pecora	—	pecora	—
6	separet	—	separar&	—
7	agnoscat	—	adgnoscat, d *del.* V	—
9	validaeque	—	valideqȝ	—
11	apud avunculum	—	apud avunculum	—
12	ad patrem	—	ad patrem	—
	artioremque	arcioremque	arctioremqȝ	—
14	et animum	et in animum in *del.* H_2	& in animũ *corr.* —	et in animum —
17	possessione	successione H, *corr.*	—	—
18	quanto plus	— [H_2	Q̃to plus	—
	quo maior	quo (*corr.* H_2 tanto) maior	tanto maior	—
	affinium	—	adfinium	—
19	numerus	—	numerus	—
	tanto gratiosior	. . gratior	tã|to gratiosior	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XX 20	pretia	—	praetia	—
XXI 1	inimicitias	inimicicias	—	—
2	amicitias	amicicias	—	—
	implacabiles	—	inplacabiles	—
3	luitur enim etiam	luitur enim etiam	enim *omis.*	—
6	inimicitiae	inimicicie	inimicitiae	—
7	hospitiis	hospiciis	—	—
	alia	—	alia	—
8	nefas	—	nephas	—
9	epulis	—	$\overset{e}{\text{ae}}$pulis	—
11	hospitii	hospicii	—	—
14	nemo discer-	—	nemo discer-	—
	nit. abeunti	. . abeunt$_{H}^{i\,H_2}$	nit* abeunt, cū V_2	abeunt
	poposcerit	—	poposcerit [*m.*	—
17	vinclum inter	—	victus inter	—
	hospites comitas	—	hospites comes	—
XXII 1	statim e	—	statim e	—
3	hiems	hiems	hyems	—
	separatae	—	saeparatae	—
4	et sua	—	& cu sua, cu *del.* V	—
7	crebrae, ut in-	—	crebrae inter	—
	ter vinolentos	—	vinulentos	—
8	conviciis	conviciis	—	—
9	sed et de reconcili-	. . et de reconcili-	sed de re con-	—
	andis	andis	ciliandis	—
	inimicis	inimicis	—	—
10	asciscendis	—	adsciscendis, aspiciēdis V_2 *m.*	—
14	callida	—	calida V_1	—
	adhuc	—	adhuc	—
15	ioci	loci	$\overset{\text{ioci}}{\text{loci}}$	loci
17	deliberant dum fin-	—	deliberandum fin-	—
	gere		gere	
XXIII 1	potui	potui	—	—
	humor ex hordeo	—	humor ex ordeo	—
7	haud	—	haud	—
8	vitiis	viciis	—	—
XXIV 1	atque in omni	—	atqȝ novum	—
	coetu idem	—	coetu idem	—
3	saltu	se, *corr.* saltu H *m.*	—	—
4	paravit	paravit	—	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XXIV 6	pretium	—	praetium	—
	spectantium	s H_2 expectantium	expectantium	expectantium
9	de libertate	—	deliberate	—
11	iuvenior	iuvenior	—	—
12	venire	venire	—	—
	re prava	parva, *corr.* H_2 prava	re parva	.. parva
	pervicacia	—	pervicatia	—
13	condicionis	—	conditionis	—
	commercia	commercia	—	—
14	pudore vic-	—	pudore com̃er-	—
	toriae	—	ciae (*del.* V) victoriae	—
15	exolvant	exsolvant	exsolvant	exsolvant
XXV 1	discriptis	—	descriptis	—
2	ministeriis	—	ministerijs	—
3	penates	—	paenates	—
4	ut colono	—	aut colono	—
	et servus	—	& servus	—
5	officia	—	offitia	—
6	ac liberi	—	ac liberi	—
	exequuntur	—	exequunt̃	—
8	et severitate	et severitate	—	—
9	nisi quod	—	nisi quod	—
	impune est.	impune est	impune est.	impune est
	liberti	—	liberti	—
11	dumtaxat iis	. . . his	dumtaxat his	. . . his
12	regnantur	regnant	regnant	regnant
XXVI 1	fenus	—	foenus	—
3	ab universis	ab universis	. . universis	. . universis
	in vices	vice	vices, vice V_2 *m.*	—
4	secundum	secundum	—	—
	dignationem	dignacionem	—	—
5	partiendi	parciendi	parciendi	parciendi
	spatia prae-	—	spatia p̄stant,	—
	bent	praebent	prebent V_2 *m.*	—
6	et	ut et	—	—
	ubertate	ubertate	—	—
7	soli labore	. . labore	soli laborare (ar *del.*), labore V_2 *m.*	—
8	separent	seperent H, secent H [*m.*	—	—
9	et hortos	ut ortos	ut ortos	ut ortos
10	unde annum	—	un̄ annum	—
11	hiems	hiems	hyems	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XXVI 12	vocabula habent	—	uocabula hñt	—
	autumni perinde	—	autumni proinde	—
XXVII 1	observatur	—	observatur	—
4	adicitur	—	adicitur	—
5	sepulcrum	—	sepulchrum	—
6	et operosum	et operosum	. . operosum,	. . operosum
		—	opesum V_2 *m.*	—
8	ponunt	ponunt	—	—
9	est	est *omis.*	—	—
10	haec in commu-	—	haec in com̃u-	—
13	ne — expediam	—	ne—expediam *rubro*	—
	nationes	naciones	-- [*liquore*	—
XXVIII 1	validiores olim	--	ALIDIORES OLIM	—
	Gallorum res	—	GALLORVM res	—
	auctor	auctorum	auctorum	auctorum
2	etiam	—	&iam	—
4	amnis	—	animis	—
6	divisas	divisas	‾yV_2	—
7	Hercyniam	—	hercuniam	—
	silvam	silvam	—	—
	Moenum	moenum	—	—
8	Helvetii	helvecii	—	—
9	Boihaemi	boiihemi . . .	boijhaemi | onem,	boiihaemi *al.*
	nomen	*m.* bohemi	*m.* bouhemi	bohemi
		—	al. bohemi, nomen	—
	significatque	signatque	signatqꝫ	signatque
11	sed utrum Ara-	sed utrum ara-	—	—
	visci in Panno-	visci in panno-	aravisci	aravisci
	niam ab Osis,	niam a boiis ger-	a bois	—
12	Germanorum na-	manorum natio-	—	—
	tione, an Osi	ne an osi (*del.m.*boii)	—	—
	ab Araviscis	ab araviscis	ara viscis	araviscis
	in Germaniam	in germaniam	—	—
13	sermone	—	se[r]mone	—
14	quia	—	quia	—
16	Nervii	nervii, neruli H	neruli	neruli
	affectationem	affectionem H	adfectationem	—
		affectationem H_2	—	—
17	Germanicaę	—	germanicae	—
	ambitiosi	—	ambiciosi	—
18	a similitudine	et sim. H, a sim. H_2	—	—
	inertia	—	inercia	—
20	Triboci Nemetes	triboci, nemetes	—	—
21	ne Ubii quidem	nubii H_2 quidem	nubii	nubii

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XXVIII 25	collocati	—	conlocati	—
XXIX 1	Batavi	bathi H batavi H *m.*	batavi, bathi V_2 *m.*	bathi, batavi
3	Chattorum quondam populus	chattorum quondam populus	chattorum olim populus	chattorum . . populus
4	transgressus	transgressus	—	—
5	Romani	romani	—	—
6	antiquae	antique	—	—
	societatis	societatis	—	—
	contemnuntur	—	contempnunt̃	—
8	collationibus	collacionibus	collocationibus	—
	et tantum	—	(oc *del.* V_2) & tm̃	—
10	Mattiacorum	mactiacorum (r H)	—	—
11	populi Romani	—	populi ro.	—
	ultra	—	ultra	—
13	mente animoque	mente: animo	—	—
14	nobiscum	nobiscum *m.* manente	—	—
	Batavis	—	bauis (ta)	—
17	numeraverim	numeraverim	—	—
	Germaniae	—	germanie	—
18	Danuviumque	danuviumque	danuuiumqӡ	danuuium-[que
19	decumates agros	decumathes agros	de cumathes V_1 . .	decumathes . .
	levissimus	—	levissimusqӡ	—
20	quisque	—	quisqӡ	—
	dubiae	—	dubie	—
21	acto	acto H aucto H_2	—	—
XXX 1	Chatti	catti	catti	catti
	initium	inicium	—	—
	Hercynio	herquinio	hercynio V, herquio V_2 *m. et del.* V_2	—
2	incohant	—	inchoant	—
4	Chattos	—	chattos	—
5	Hercynius	herquinius	hercynius	—
	atque deponit	—	atqӡ deponit	—
7	animi vigor	animis	animis vigor	animis . . .
8	rationis	racionis	—	—
	sollertiae	—	sollertie	—
	praeponere	—	preponere	—
9	intellegere	—	intelligere	—
11	inter certa	—	inter cetera, certa V *m.*	—
12	Romanae disciplinae	romanae disciplinae	romane discipline	romanae disciplinae

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	ꝺ
XXX 14	in pedite, quem	...q̃ʒ H, quem H *m.*	impedite q̃	—
15	ferramentis	fer^{r}mamentis	—	—
	onerant	onerant	—	—
16	rari excursus	raro	rari^{o} excursus	—
19	cunctatio propi-	.... propri-	cũctatio propri-	—
	or constantiae	or H (-pior H_2) con-	ora	—
XXXI 1	raro	— [stancie	rara, *corr.* raro	—
2	Chattos	cattos	—	—
4	submittere	submittere	submittere	submittere
	caeso	—	ciso	—
6	frontem	frontem	—	—
	seque	—	seqʒ ve (ve *del.* V)	—
7	pretia nascendi	—	praetia nascendi	—
	rettulisse	—	retulisse	—
8	imbellibus	—	inbellibus	—
11	hostis	hostis	—	—
12	hic	—	& hic	—
	canent	canent	—	—
13	monstrati	monstrati	—	—
	penes	—	paenes	—
15	vultu	—	cultu	—
16	cura	—	cura	—
18	contemptores	—	contemptores	—
	exanguis	—	exsanguis	—
	durae	dura^{e}	dura^{e}	dura^{e}
XXXII 1	Chattis	—	chattis	—
2	ac Tencteri	.. tencteri	ac tencteri	.. tencteri
5	laus	laus est	—	—
	Tencteris	tencteris	—	—
6	hi lusus	—	hí usus	—
7	haec	—	hec	—
9	cetera	cetera	—	—
XXXIII 1	Tencteros	tencteros	—	—
2	Chamavos	chamavos	chamavos	chamavos
	et Angrivarios	.. angrivarios	& angrivarios	.. angrivarios
6	sexaginta milia	—	LX milia	—
7	armis telisque	—	armis non telisqʒ (non *del.* V)	—
8	oblectationi	oblectacione	—	—
10	at certe	at certe	ac certe	—
	quando urgentibus	... in gentibus	qñ in gentibs	.. in gentibus

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XXXIII 11	imperii fatis	—	imperii fatis	—
	praestare Fortuna	fortuna praestare	—	—
XXXIV 1	Chamavos	—	chamavos	—
	Dulgubnii	dulcubini	dulgubini dulcubuni V*m*.	—
2	Chasuarii	chasuarii	—	—
	cludunt	—	cludunt	—
3. 4	Frisii, Frisiis	frisi, frisis	frisi, frisis	frisi, frisis
5	Oceanum	occeanum	occeanum	occeanum
8	Oceanum	occeanum	occeanum	occeanum
	temptavimus	temptavimus	temptavimus	temptavimus
9	columnas	columnas	—	—
	volgavit	—	vulgavit	—
11	consensimus	consuevimus	cosensimus	—
	audentia	audencia	—	—
12	Oceanus	occeanus	occeanus	occeanus
	simul atque	simulac H, atque H	simulatqȝ	—
13	temptavit	temptavit [*m*.	temptavit	temptavit
XXXV 2	septentrionem	semptentrionem	—	—
3	Chaucorum	chaucorum	—	—
	Frisiis	frisis	frisis	frisis
4	litoris	litoris	lictoris (c *del*. V)	—
5	optenditur	—	obtenditur	—
	Chattos	chattis	—	—
6	sinuetur	sinuetur H, sinatur H *m*.	sinuetur al. sinat̃ *m*	sinuetur, *al.* sinatur
	tam	—	tam	—
7	Chauci	—	chauci	—
	sed et implent	sed et implent	—	—
9	malit	—	malit	—
	impotentia	—	inpotentia	—
12	virium argumentum	virium precuum argumentum	—	—
13	agant	—	agant	—
	assequuntur	—	adsequunt̃	—
14	ac, si	—	ac si	—
XXXVI 2	inlacessiti	inlacessiti	—	—
3	iucundius	iucundius	iucundius	iucundius
	tutius	tucius	—	—
4	inpotentes	—	impotentes	—
5	nomina	nomine	noĩe	nomine
	ita qui olim	—	itaq olim	—
8	tracti	tracti	tracti	tracti
	Fosi	fosi	fossi	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XXXVI 8	contermina	contermina	—	—
			ios	
9	adversarum rerum	—	adversarum	—
XXXVII 1	Oceano	occeano	occeano	occeano
	Cimbri	—	cymbri	—
3	lata vestigia	lata vestigia	—	—
4	spatia	—	spacia	—
	ambitu	ambitum	ambitum	ambitum
5	et tam	—	etiam	—
6	fidem	sedem H fidem H	—	—
	sescentesimum	— [m.	sexcentesimum	—
	et quadragesimum	—	& XL	—
7	Cimbrorum	—	cymbrorum	—
8	Metello ac Papirio	—	metello ac papirio	—
	Carbone consulibus	. . . consu.	carbone conss.	—
9	ex quo si ad al-	—	ex quo si alterum	—
	terum imperato-	. . . traiani	—	—
	ris Traiani	imperatores	. . traijani	—
10	computemus	—	com (*del.* V) compu-	—
	ducenti	ducenti	— [temus	—
	decem	decem	—	—
13	Samnis	—	sãnis	—
	Hispaniae Galliaeve	—	hyspanie gallieque	—
15	Arsacis	—	arsacis	—
16	Crassi amisso	. . . amisso	crassi amisso	. . . amisso
	et ipse Pacoro	et ipse	& ipe̅ pacoro	et ipse . . .
	obiecerit	—	obiecerit	—
18	et Cassio	—	& cassio	—
19	Gnaeoque Mallio	marcoque . . .	marcoqʒ manlio	marcoque . . .
20	consularis	consularis	consularis	consularis
	populo Romano	—	po. ro.	—
21	trisque	—	tresqʒ	—
	Caesari abstulerunt	—	cesari perculerunt	—
24	Caesaris	—	cesaris	—
25	ludibrium	—	ludibrʒ, -iũ V_2	—
		nibus H		
27	legionum	legionum	—	—
	hibernis etiam	—	hybernis &iam	—
28	ac rursus	ac rursus	ac rursus	ac rursus
	inde pulsi	pulsi:nam	pulsi nam	pulsi nam
XXXVIII 1	nunc de Suebis di-	. . . sueuis . . .	n(V^2) VNC DE SVE-	. . suevis . .
	cendum est, quorum	—	VIS DICENDVM	—
			EST QV̊Rum	
2	Tencterorumve	tencterorumve	—	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XXXVIII 3	optinent	—	obtinent	—
5	gentis obliquare crinem	gentis obligare crinem	—	—
6	Suebi a	—	sueui ac	—
	ceteris	—	ceteris	—
7	Sueborum	—	suevorum	—
	a servis	—	a (*del.* V) a servis	—
	separantur	—	sep̲antur	—
9	saepe	sepius	saepius	saepius
	rarum	eorum H rarum H *m.*	rarum *ex* rerum	. . rum
10	Suebos	—	suevos	—
11	canitiem	—	caniciem	—
	retro sequuntur	retro sequuntur	retro sequunt̃	retrosequuntur
	ac saepe in ipso	ac sepe in ipso	. . . . in ipo	. . . in ipso
12	solo vertici	solo vertice	solo vertice rei	solo vertice . . .
	religatur	religant	ligant	—
13	ornatiorem	ornatorem	ornatorem	ornatorem
	habent	habet	—	—
	innoxia	—	innoxiœ	—
15	et terrorem	e H ut terrorem	—	—
	comptius	—	compti ut [V_2*m.*	—
16	ornantur	—	armant̃ V ornant̃	—
XXXIX 1	vetustissimos se	vetustissimos seu	vetustissimos seu	vetustissimos
	nobilissimosque	nobilissimos	nobilissimosque	— [seu
	Sueborum	sueuorum	sueuorum semones,	sueuorum . . .
	Semnones	semnones	V *m.* semnones	
2	antiquitatis	e antiquitatis	—	—
	religione	is religione	—	—
3	stato tempore	statuto tempore	stato	—
	silvam	silvam	—	—
	patrum	—	patrum	—
4	sacram	—	sacrum, sacram *m.*	— [nis
	omnes	oĩs H noĩs H *m.*	omnis, nominis *m.*	omnis, *m.* nomi-
	eiusdem	eiusdemque	eiusdẽqȝ	eiusdemque
5	coeunt caesoque	coeunt cesoque	—	—
8	minor	—	mĩor [*del.* V)	—
	prae se ferens	—	prae esse ferens (es	—
9	prolapsus est	prolapsus est	. . . . . est	. . . est
	attolli	—	a| adcolli	—
11	tanquam	—	tanq̃	—
	initia	inicia	—	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XXXIX 13	adicit	adiicit	ad quod (in rasura) adicit	—
	auctoritatem	aũctẽm	—	—
	Semnonum	—	sẽnonum	—
14	habitant	habitantur [H	habitant̃	habitantur
	magnoque	magnoque tempore	corpore	—
	corpore	corpore, numero H	V_2*m.* tempore	—
15	Sueborum	— [*m.*	seuorum V_1	—
XL 1	Langobardos paucitas nobilitat	n H_2 largobardos H_1	longobardos paucitas nobilitat	—
		—		—
	plurimis ac valentissimis	plurimis ...	.... ac valentissimis	—
3	ac periclitando	ac periclitando	& periclitando	.. periclitando
	Reudigni deinde	reudigni deinde	reudigni ...	reudigni ..
4	et Aviones et Anglii et Varini et	et auiones et anglij et varini et	.. auiones ...	.. auiones ..
			— [nes m	—
5	Eudoses et Suardones et Nuithones	eudoses et suardones et vuithones	suarines V, sardo-.. nurthones (ch?)	—
				—
	aut silvis	aut silvis	—	—
6	quicquam	quidquam	—	—
	in singulis	in singulis	—	—
7	in commune	—	in commune	—
	Nerthum, id est	nerthum H herthum	nerthum id est	nerthum ..
	Terram matrem	— [H_2	deum matrem	—
	colunt	—	colunt	—
9	Oceani	occeani	occeani	occeani
10	in eo	—	in ea	—
12	intellegit	—	intelligit	—
	vectamque	e victamque	—	—
	bubus	duobus *(induct.)* bobus	—	—
13	multa cum veneratione	multa cum veneratione	—	—
14	quaecumque	qꝫcum H *induct.* quecumque H	—	—
16	quies tunc tantum	... tunc tantum	quies tunc tm̃	tunc tantum
17	nota, tunc tantum amata, donec	nota tunc tantum amata ...	nota tunc tm̃ amata donec	nota tunc tantantum ama-
18	satiatam	—	saciatam	— [ta..
21	lacus	a H_2 lucus	—	—
	arcanus hinc	archanus hinc	—	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XL 22	sit illud	sit illud	—	—
23	perituri	—	petituri	—
XLI 1	pars Sueborum	pars verborum H sueuorum H_2	.. verborum	.. verborum
2	propior	proprior H, -pior H_2	proprior	proprior
3	Danuvium	danuuium	danuuium	danuuium
	Hermundurorum	hermundurorum	Ermundurorum	—
5	penitus	—	penit'	—
6	atque in	—	ac in	—
	Raetiae	recie	retiae	—
7	passim sine	passim sine	passim sine	passim sine
8	his domos	—	hic domos (his V_2)	—
10	Albis oritur,	albis oritur	—	—
	flumen inclitum et	flumen inclitum..	.. inclitum &	.. inclitum..
11	auditur	—	audit̃	—
XLII 1	iuxta	—	iuxta	—
	Varisti ac deinde	narisci ac deinde	noristi (o *corr.*)..	—
	Marcomani et Quadi	marcomani et quadi	marcōmani (2)	—
2	Marcomanorum	marcomanorum	marcōmanorum (2)	—
3	atque ipsa etiam	atque etiam ipsa	atq3 ipa &iam	—
	Boiis	bois	bois	bois
4	parta	—	parta	—
	Varisti	—	noristi (o *corr.*)	—
5	Danuvio praecingitur	danuuio peragitur H pergitur H_2	danuuio peragitur	danuuio peragitur
6	Marcomanis	marcomanis	marcomannis	—
	Quadisque	quadisque	—	—
7	manserunt ex	mansere ex	mansere...	mansere..
	gente ipsorum	gente ipsorum	— di V_2	—
8	Marobodui	marobodui	morobodui V	—
	et Tudri	et tudri	.. tudri, codri V_2	.. tudri
10	auctoritate	auctoritate	—	—
XLIII 1	retro Marsigni	retro marsigni	—	—
	Cotini Osi Buri	gotini : osi : buri (*m.* siburi)	gotini osi buri (b *del.*$_2$ V) siburi V_2 *m.*	gotini osi buri
2	terga Marcomanorum Quadorumque claudunt	terga marcomanorum retro *(induct.)* cludunt	.. marcomannorum claudunt	— quadorumque *omis.*
3	Buri	buri	—	—
	cultuque Suebos	cultu..	cultu sueuos	cultu...
3, 7	Cotinos, Cotini	gotinos, gotini	gotinos, gotini	gotinos, gotini

Cap.	Editio Müellenhoffii	H	V	δ
XLIII 6	imponunt	—	inponunt	—
7	effodiunt	—	effodunt	—
8	hi	—	hi, hii V_2	—
9	vertices	—	vertices	—
	montium iugumque	moncium....	montium iugumqʒ	—
	insederunt	—	insederunt	—
10	Suebiam	—	sueviam	—
12	Lygiorum	vegiorum	legiorum, *m.* vegior.	—
14	Harios Helvae-	harios: helve-	... helve-	... helveconas
		conas: lanimos	conas....	—
	onas Manimos	heliosnas helisios (*m.* halio-	helysios, haliosnas	osna helisios
	Helisios Naha-	suae): nahar-	q̄ vel alios nahanar-	—
15	narvalos. apud	valos . apud na-	valos : apud	—
	Nahanarvalos	harvalos	nahăvalos	—
	antiquae religionis	—	antique regionis	—
17	interpretatione	—	interpraetatione	—
18	memorant	—	memorant	—
	ea vis numini;	ea vis numini	—	—
	nomen Alcis	nomen alcis	... alcis	.. alcis
19	simulacra	—	simulachra	—
21	ceterum Harii	... alij	ceterum alij	... alij
22	truces insitae	trucis insitae	trucis ...	trucis ...
23	feritati	feritatis	—	—
27	in omnibus proeliis	—	ī ōib' p̄liis	—
28	Lygios Gotones	lygios gothones	lygios gothones	lygios gothones
	regnantur	regnant	regnant	regnant
31	Oceano	occeano	occeano	occeano
	Rugii et Lemovii	rugii et lemonij	... lemovij	—
XLIV 1	Suionum hinc	suionum hinc	—	—
	civitates, ipso	civitates ipse	.... ip̄o	—
	in Oceano	in occeano	in occeanũ	—
2	navium	—	navis	—
3	utrinque	utrimque	utrimqʒ	utrimque
	appulsui	—	adpulsi	—
4	ministrant	—	ministrant̃	—
8	exceptionibus	exempt H_2 exceptionibus	—	—
10	in promiscuo	in ...	.. promisco	—
12	Oceanus	occeanus	occeanus	occeanus
	otiosae	—	ociosa	—
XLV 1	trans Suionas	—	transsuionos	—
	immotum	—	inmotum	—
2	cludique	—	cludiqʒ	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XLV 3	in ortum edurat	ortu $\overset{H_2}{\text{s'e}}$ durat H	in ortu se durat	.. ortu se durat
4	sidera	—	sydera	—
	hebetet	ebetet et	hebetet	—
	sonum insuper	sonum insuper	—	—
5	emergentis audiri	emergentis audiri	—	—
	formasque equorum	formasqȝ deorum	formasqȝ eorum deorum *m.*	—
6	adicit	—	adicit	—
8	Suebici	—	saevici, suevici *m.*	—
	litore	—	litore [V$_2$)...	—
	Aestiorum gentes	estiorum gentes	aestiorum (o *corr.*	—
9	adluuntur	adluuntur	adluuntur	adluuntur
	Sueborum	—	sueuorum	—
10	Britannicae	—	britanicae	—
12	omniumque	omniumque	omniumqȝ (um *del.*)	omniumque
13	inter hostis	—	inter hostes	—
16	ac soli	—	ac solio (o *del.* V$_2$)	—
17	sucinum	—	sucinũ	—
18	nec quae natura	neqȝ natura	... natura	.. natura
	quaeve ratio gignat	... gignat	quae r *(del.)* ve ratio gignat	... gignat
19	compertumve	—	conpertum	—
23	pretiumque	—	praetiumqȝ	—
	sucum	—	sucum	—
	arborum esse intellegas	arboris intelligas	.. intelligas	.. intelligas
24	terrena	—	$\overset{i}{\text{terrena}}$	—
25	volucria	volucra	—	—
26	implicata	—	implicate	—
	humore	—	humo	—
	cluduntur	clauduntur	—	—
28	sudantur	—	sudant̃	—
29	insulis	—	insulas (is V$_2$ supra)	—
	quae vicini	que vicini	—	—
30	radiis expressa	—	radiis expraessa	—
31	mare labuntur	labuntur mare	— [pestatũ	—
	ac vi tempestatum	—	acin(vi *corr.* V$_2$)tem-	—
	adversa litora	—	adversa litore	—
32	sucini	—	sucini	—
33	igni temptes	... temptes	igne temptes	.. temptes
35	resinamve	resinam$\overset{ve}{\text{que}}$	—	—

9*

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XLV 36	Suionibus Sitonum gentes continuantur	.. sitonum gentes....	suionibꝫ sitonũ gentes continuant̃	.. sitonum gentes....
	cetera similes	—	$^{is\ V_2}$ ceteras similes	—
37	differunt	differuntur	differunt̃, ˜ *del.* V_2	differuntur
39	degenerant	—	degenerant	—
XLVI 1	Suebiae finis	.. fines	suevie fines	.. fines
	Peucinorum	peucurorum *in m. al.* peucini	peucinorum peucurorum V_2 *m.*	peucinorum peucurorum
	Venetorumque	venethorumque	venethor̃que	venethorum-que
2	et Fennorum	et fennorum	.. fennor̃	.. fennorum
	ascribam	—	adscribam	—
3	quos	—	quos	—
	quidam	quidem	qdẽ	quidem
4	domiciliis	—	domicilijs	—
5	omnium	—	$^{h\ V_2}$ omnium	—
	ac torpor	—	ac torpor	—
	procerum	—	precerum	—
6	conubiis	—	pro *(del.)* conubiis	—
	mixtis	mixtos	mixtos	mixtos
	Sarmatarum	sarmatarum	—	—
7	foedantur	—	foedant̃	—
	Veneti	venethi	venethi	—
8	Fennosque	fennosque	—	—
9	silvarum	silvarum	—	—
10	hi tamen	—	hi V hij V_2 tñ	—
11	domos	domus	—	—
	figunt	fingunt	fingũt	fingunt
	et pedum	ac peditum	& peditum	.. peditum
12	quae	—	que	—
13	plaustro	—	palustro	—
	Fennis	fennis	—	—
16	solae	—	solae	—
	sagittis	sagitis	—	—
18	ac	ac	—	—
19	ferarum	ferarumqꝫ	—	—
	imbriumque	imbrium	inbriumqꝫ	—
20	suffugium	—	subfugium	—
21	hoc senum	—	hoc senium	—
23	inlaborare	inlaborare	inlaborare	inlaborare
25	difficillimam	—	difficillimam	—
	assecuti	adsecuti	adsecuti	adsecuti

Cap.	Editio Muellenhoffii	H	V	δ
XLVI 26	ut	ut	—	—
	esset	esset	—	—
27	Hellusios	hellusios	—	—
	et Oxionas	et oxionas	oxionas, etionas	oxionas..
		in m. al. ehone	— [V_2 *m.*	—
28	voltusque	—	vultusqȝ	—
29	incompertum	—	incopertum	—
		—	Cornelij	—
	Subscriptio	—	taciti de ori-	—
	rubro liquore	—	gine et situ	—
	exarata:	—	Gẽmanorum |	—
		—	liber explicit.	—

Collectis tali modo lectionibus codicum nostrorum accedendum erit ad disputationem de communi eorum fonte habendam. Quod priusquam faciamus, monendum mihi videtur esse, ne lectionibus, quae nobis e solo aut H aut V servatae sunt silente altero teste, fidem habeamus: quamquam enim saepius veri est simile, in altero quoque codice eandem exstitisse lectionem, tamen in recentioribus his et interpolatis codicibus quantum possumus caveamus necesse est, ne conclusiones faciamus e silentio testium. Neque vero cum tales omittimus lectiones, magnam faciemus iacturam: quae res consilio eorum explicatur, qui horum codicum collationes fecerunt. Nam codex H multis abhinc annis collatus est ad priscas Germaniae editiones, quibus multae corruptelae inerant hodie virorum doctorum opera sublatae; cumque interdum codex H cum traditione vulgata consentiens genuinam exhiberet lectionem, haec illis viris erat enotanda; contra codex V, novissimis demum temporibus collatus, tales lectiones genuinas et a contextu verborum discrepantes iam non exhibebat. Qua re factum est, ut multis locis lectionem aliquam habeamus e codice H enotatam eamque minime singularem, cum eandem lectionem in collationibus codicis V non exstare haud doleamus.

Contra in codice V conferendo magna cum diligentia id actum est a viris doctis, ut unam quamque rationis scribendi differentiam enotarent, quam rem in codice H non eodem consilio persecuti sunt. Sed hoc aegre non feremus, quoniam notum nobis est, quanam

ratione scribendi usus sit librarius codicis H: fuit orthographia sub finem saeculi XV usitata, nullis certis legibus circumscripta, quacum prorsus consentit codicis V scribendi ratio, nisi quod hoc fortasse moneri possit, in codice H saepius *c* poni pro *t* et *e* pro *ae*, numquam vero iis locis, ubi grammatica aut etymologica ars litteram *c* poscunt, scriptum esse *t*, aut pro simplici *e* diphthongum *ae*, quod in codice V saepius factum esse videmus, ut his locis:

V 15 *commertiorum* — XIII 12 *iuditio* — XXIV 12 *pervicatia* — XXV 5 *offitia*

et

X 9 *interpraetatur* — XX 20 *praetia* — XXI 9 *aepulis* — XXIV 6 *praetium* — XXV 3 *paenates* — XXXI 7 *praetia* 13 *paenes* — XLIII 17 *interpraetatione* — XLV 30 *expraessa.*

Quas differentias — ut sunt levissimae — non curabimus neque omnino dolebimus, quod non omnes et codicis H et codicis V servatae nobis sunt sordes orthographicae. Gravior iam est iactura iis locis, ubi aut H aut V interpolationibus laborant, neque quid alter exhibuerit scimus. Plerumque allicimur, ut e silentio concludamus, alterum codicem fecisse cum lectione vulgata: sed talem coniciendi viam lubricam esse iam saepius monui; accidere enim potuit, ut alter eandem interpolationem exhiberet, quae collatori non satis gravis videretur, quam enotaret. Has igitur lectiones omittamus et eos tantum locos consideremus, quibus altero codice aut temere corrupto aut consulto interpolato alterum lectionem vulgatam servasse collationum testimonio docemur. Atque primum quidem videamus, quibus locis H corruptus aut interpolatus, V vero integer sit.

Cap.	H corruptus	V (lectio vulgata).
III 18	*raeciae germanieque*	*(germaniae) raetiaeque*
VI 10	*distinguuntur*	*disti(n)guunt*
XVIII 5	*ambiunt*	*ambiuntur*
XIX 7	*et per*	*ac per*
XLII 3	*etiam ipsa* (ita B)	*ipsa etiam*
XLVI 19	*ferarumque imbrium*	*(ferarum) inbriumque*
	H interpolatus	
XXXIV 11	*consuevimus*	*co(n)sensimus*
XXXIX 3	*statuto*	*stato*

Neque desunt loci, quibus H faciat cum lectione vulgata, contra V sit corruptus aut interpolatus:

Cap.	V corruptus	H (lectio vulgata)
VI 11	*aut geleae*	*aut galeae*
XI 3	*praetractentur*	*pertractentur*
XIX 3	*pariter et*	*pariter ac*
XXI 3	*luitur etiam*	*luitur enim etiam*
XXIX 3	*olim populus*	*quondam populus*
XXXIII 10	*ac certe*	*at certe*
	V interpolatus.	
VII 6	*neque verberare*	*ne verberare*
XXXVI 8	*fossi*	*fosi*
XXXVIII 11	*rei ligant*	*religant**)

Ex his quae attuli exemplis satis mihi apparere videtur id quod iam sum demonstraturus: quamquam inter se simillimi sunt codices H et V, tamen neque H e V neque V e H originem duxit. Nam cum de codicibus deterioribus et interpolatis — quod hoc loco fieri nemo negabit — quaeritur uter utrius fuerit archetypum, necesse est hos codices iisdem semper locis interpolationibus laborare, aut exemplar descriptum vel plura vestigia emendatoris temerarii habere iis quidem locis, quibus integrum est archetypum: hoc enim fieri nequit, ut exemplar descriptum compluribus locis, ubi interpolatum est archetypum, genuinam exhibeat lectionem. Itaque si duos habemus codices, qui ita inter se differunt, ut altero loco hic sit interpolatus, ille integer, altero vero hic integer, ille interpolatus, negandum est alterum ex altero descendisse, et id solum concedendum, eos, siquidem nihil aliud obstet, uni eidemque tribuendos esse archetypo, quo in describendo *pauca meliuscula facere* conati sint librarii, atque ut fit, alter hoc, alter illo loco.

Atque si iam demonstrare studemus, codicibus H et V commune quoddam fuisse archetypum, comparandae nobis erunt omnes lectiones codicum H et V: etiam hac in re numquam e silentio sed omnino nisi duorum codicum testimonio nixi conclusiones non faciemus. Quod cum facimus, earum quoque lectionum, quas ex utroque codice nobis servaverunt viri docti, nonnullae sunt removendae: quarum in numero imprimis sunt sordes orthographicae. Nam quod supra monui, neque codici H neque codici V orthographiam esse certas leges sequentem, eo fit, ut saepius in orthographia, quamvis eadem fere utrique codici sit, discrepent codices, neque evinci possit, quid-

*) Accedat huc glossema illud, quod cap. XLIII 14 in textum codicis V irrepsit: $\bar{q}$ *vel alios.*

nam exstiterit in eo codice, ex quo sint exscripti; contra apertum est, etiam his in minutiis consensum codicum H et V plerumque archetypi lectionem praestare. — Praeterea ad constituendum textum archetypi accedentes omittamus adhuc correcturas adnotationes supplementa manuum recentiorum, de quibus infra agendum erit.

Atque iam, si placet, conferamus eos locos, quibus adeo consentiunt H et V, ut librariis eorum singulis locis una eademque lectio ante oculos versata esse videatur (collegi eas in collationum huius capitis compositione sub nota δ) et quaeramus, quidnam ex his lectionibus sequatur.

Ac primum quidem H et V multis locis congruunt cum lectione vulgata, saepius autem inter se in lectione aliqua consentiunt, quae a nullo codice traditionis vulgatae exhibetur; videas hos locos:

II 9	H V	*nisi sibi*	L. v.	*nisi si*
III 13		*incolatur*		*incolitur*
VI 21		*primum*		*primo*
XII 5		*insuper et*		*insuper*
XV 12		*singulis*		*a singulis*
XXIV 12		*parva*		*prava*
XXV 11		*his*		*iis*
12		*regnant*		*regnantur*
XXX 7		*animis*		*animi*
XXXI 18		$\overset{e}{\textit{dura}}$		*durae*
XXXIII 10		*in gentibus* (ita C_2)		*in urgentibus*
XXXVII 16		*et ipse*		*et ipso et ipse*
28		*rursus pulsi nam* (ita C)		*rursus inde pulsi*
XXXVIII 9		*saepius*		*saepe*
XLV 3		*ortu se durat*		*ortus edurat*
XLVI 3		*quidem*		*quidam*

Deinde sex locis uterque codex corruptus est, atque ita quidem, ut hanc corruptelam ex archetypo ipso profectam esse facile intellegas:

III 15	H V	*reperta* (ita C)	L. v.	*repertam*
XIV 3		*infamem*		*infame in*
XXI 14		*abeunt*		*abeunti*
XXXVIII 9		*eorum. rerum*		*rerum*
XLIII 2		*quadorumque* omis.		*quadorumque*
3		*cultu*		*cultuque*

Habemus itaque codices nostros et contra lectionem vulgatam consentientes et iisdem locis corruptelis laborantes: quae res nos adducunt, ut eos ex uno eodemque archetypo descriptos esse iudicemus: siquidem eae lectiones, quibus inter se discrepant H et V, quasque nondum attigimus, tales non sunt, quales in unum idemque archetypum referre non liceat. Atque iam de his locis discrepantibus agamus nobisque sumamus, ut hos e coniectura nostra de communi quodam archetypo explicare conemur.

Atque in his lectionibus dissentientibus imprimis difficilis quaestio est de iis locis, quibus H et V primitus non consentiunt, sed correctura aliqua aut in codice H aut in codice V a secunda manu facta in consensum vocati sunt. Quae res nullam dubitationem moveret, si alter tantum codex ita correctus esset, ut haec correctura saepius cum altero codice consentiret: tum sumeremus hanc correcturam ad fidem archetypi factam esse. Sed uterque est correctus, neque eodem semper loco, immo saepius alter hoc, alter illo loco. De hac autem re omnino nos iudicare posse non puto, nisi ante in indolem correctorum codicum H et V inquisiverimus. Atque de codice H hanc quaestionem iam supra (p. 34) solvere conatus sum, cum H ipsum plerumque ex archetypo correxisse, interdum etiam suo Marte novasse, H_2 vero interdum interpolantem e codice quodam vulgatae traditionis exscripsisse contenderem. Quam sententiam si referimus ad coniecturam nostram de communi quodam archetypo codicum H et V, monebimus, rem ita se habere, ut ea lectio, quae in codice V consentit cum ipso H corrigente, iam exstiterit in illo archetypo; ubi vero cum H_2 consentit V, lectionem habemus, quam H novare studuit, quamque corrector ad fidem lectionis vulgatae revocavit.

Transeamus iam ad codicem V, qui praeter nonnullas correcturas in ipso scribendo a librario factas et nonnullas varias lectiones iam in archetypo exstantes correcturam continuam passus est ab altera manu (V_2), cuius indolem ut cognoscas, ipsas correcturas consideres.

Cap.	Lectio vulgata	$V + V_2$
I 6	*bellum*	*regnum*, V_2 *bellum*
III 14	*Ἀσκιπύργιον*	*Ἀσκιπύργιον aram*, V_2 *aschiburgium*
15	*repertam*	*reperta*, V_2 *repertam*
IV 5	*tamquam* CD, *quamquam* AB	*tanquam*, V_2 *quamquam*
6	*ceruli* AB, *cerulei* CD	*caeruli*, V_2 *cerulei*
9	*inediam*	*inedia in*, V_2 *inediam*
X 4	*temere*	*temere*, V_2 *tenent* (ita H)

Cap.	Lectio vulgata	$V + V_2$
X 15	*contacti*	*contacti*, V_2 *contactis*
XII 5	*crate*	*grate*, V_2 *crate*
11	*exsolvitur*	*absolvitur*, V_2 *exsolvitur*
XIII 5	*propinqui* AB, *propinquus*	*propinqui*, V_2 *propinquus*
11	*rubor* [CD	*robur*, V_2 *rubor*
XXI 14	*abeunti*	*abeunt*, V_2 add. *cum*
XXII 10	*adsciscendis*	*adsciscendis*, V_2 *aspiciendis*
XXVI 3	*vices* CD	*vices*, V_2 *vice* (ita H)
5	*praebent* BC, *praestant* AD	*praestant*, V_2 *prebent*
7	*labore*, *laborare*	*laborare*, V_2 *labore*
XXVII 6	*operosum*	*operosum*, V_2 *opesum*
XXVIII 7	*hercinam* CD	*hercuniam*, V_2 *hercyniam*
XXIX 1	*batavi*	*batavi*, V_2 *bathi* (ita H)
8	*collationibus*	*collocacionibus*, V_2 del. *oc*
XXX 1	*hercinio* CD	*hercynio*, V_2 *herquio* (et del. V_2)
XXXVII 25	*ludibrium*	*ludibrum*, V_2 *ludibrium*
XXXVIII 16	*ornantur*, *armantur*	*armantur*, V_2 *ornantur*
XXXIX 14	*corpore*	*corpore*, V_2 *tempore* (ita H)
XLI 8	*his domos*	*hic domos*, V_2 *his domos*
XLII 8	*marobodui*	*morobodui*, V_2 *morobodi*
	tudri	*tudri*, V_2 *codri*
XLIII 1	*osi buri*	*osi buri*, V_2 *osi uri*, *siburi* (ita H)
8	*hi*	*hi*, V_2 *hii* (= XLVI 10)
XLV 16	*ac soli*	*ac solio*, V_2 *ac soli*
29	*insulis*	*insulas*, V_2 *insulis*
31	*vi*	*in*, V_2 *vi*
36	*cetera*	*ceteras*, V_2 *ceteris*
37	*differuntur* CD, *differunt* AB	*differuntur*, V_2 *differunt*
XLVI 1	*peucinorum*, *peucurorum*	*peucinorum*, V_2 *peucurorum*
5	*omnium*	*omnium*, V_2 *homnium*
27	*oxionas*, *etionas*	*oxionas*, V_2 *etionas*

Quas correcturas si perlustramus, quattuor earum genera esse facile perspiciemus: primum, quod consentit cum nullo alio codice id est, in quo V_2 suo Marte coniecturis indulsisse videtur (III 14 XXI 14 XXII 10 XXVII 6 XLII 8 XLIII 1 XLV 36 XLVI 5 [scripturusne fuit *hominum*?]). Alterum genus harum correcturarum consentit cum solo codice H (siquidem correctorem codicis S hic nondum in censum vocamus), quare veri simile est, hoc loco V_2 usum esse archetypo codicum H et V et ex illo correxisse: his locis notam *(ita* H*)* adieci. Tertium genus id est, quod apertas corruptelas

corrigit in lectionem vulgatam, ubi quemlibet codicem traditionis huius adire potuit V_2, eamque ob rem etiam suum archetypum: hi loci in indice nostro eo cognosci possunt, quod iis consentit V_2 cum lectione vulgata, nulla adnotata differentia inter ipsos vulgaris traditionis codices existente. Restant denique eae lectiones, in quibus inter se discrepant codices vulgati, et V_2 modo hoc modo illud genus sequitur, quod factum esse secundum codicis alicuius auctoritatem apparet, qui et ipse modo AB modo CD codicum lectiones exhibebat. Quod ita fuisse in codice H supra (p. 43) demonstravimus: cumque lectiones ibi allatae magna ex parte etiam in codice V exstent, sumere poterimus, etiam archetypum codicum H et V variasse in eligendis aut AB aut CD codicum lectionibus: quare causa non est, cur has lectiones, quas V_2 modo ex AB modo ex CD genere eligit, ex eo ortas non esse contendamus; cumque iis lectionibus, quibus V_2 consentit cum H, cogamur, ut V_2 correctori usum archetypi illius vindicemus, reliquas quoque correcturas, quoad non e suo ingenio eas interpolavit V_2, ex hoc archetypo profectas esse autumabimus.

Ex iis quae attuli, satis mihi apparere videtur, quomodo factum sit, ut saepius congruant H et V_2, V et H_2, quidque inde de communi quodam archetypo eiusque lectionibus innotescat. Restat, ut iam reliquas lectiones codicum H et V consideremus, quoad inter se differunt, et videamus, num dissensus eorum talis sit, qualis in duobus codicibus ex uno eodemque fonte derivatis exsistere nequeat. Quodsi facimus et leviores discrepantias scribendi ratione ortas neglegimus neque paucas illas corruptelas in altero utro codice librarii culpa exstantes curamus, nonnullae lectiones restant, quarum dissensus ita explicandus est, ut alter codex scripturam archetypi aliter intellexerit atque alter. Tales lectiones sunt:

Cap. II 12	H *vistonem*	V *bistonem*
	tuisconem	*tuistonem*
13	*mannum*	*inannum*
III 14	lacunam indicat, Graeca non curans	*Ἀσκιπύϱγιον*
XXXIV 1	*dulcubini*	*dulcubuni*
XXXVII 8	*consu.*	*conss.*
XL 5	*vuithones*	*nurthones*
XLIII 31	*lemonij*	*lemovij*

In his omnibus scripturae ductus, quas exhibuerit archetypum, perspicere adhuc possumus. Difficilior res est in sequentibus:


Cap. I 10	V lect. vulg.	*arnobae*	H *abnobe*
II 19		*vandilios*	H *vandalos, -ileos*
XX 19		*gratiosior*	HAC_2 *gratior*
XXII 9	VCD	*sed de*	HAB *sed et de*
XXVIII 16	V lect. vulg.	*neruli*	H *nervii, neruli*
21		*nubii*	H_2 *nubii*
XL 1	VCD	*longobardos*	HA *largobardos*
XLIV 1	VCD	*ipso*	HAB *ipse*
	VAB	*in occeanum*	HCD *in occeano*

Atque in plerisque horum locorum rem ita explicare conabimur, ut archetypum aliam exhibuerit lectionem in textu, aliam in margine, inter quas V aliter elegerit atque H. Restant tria illa nomina propria ***abnobae, nervii, ubii***, de quibus iam in capite primo (p. 36) egimus. Quas cum in codice V non reperiamus, eos codicum H et V archetypo omnino abiudicabimus: si enim exstitissent in illo, a codicis V librario neglectas fore non puto: at si quis sumat, has correcturas exscripto iam codice V codici archetypo illatas esse et tum pervenisse in codicem H, ego hanc explicandi viam artificiosiorem esse existimem. Neque a scriptore codicis H inventas esse has lectiones genuinas puto — qui tali non est ingenio — neque postea correctae sunt, ut e collationibus apparet: quae cum ita sint, facere iam non possum quin iudicem, tres has lectiones ***abnobae, nervii, ubii*** omnino lectiones a codice H alienas esse, quas Longolius — cuius in collatione sola reperiuntur — sibi enotavit, ut textum editionis Lotterianae corrigeret, non ut praestantem codicis Hummeliani lectionem indicaret.

Iam de differentiis codicum H et V egimus, cumque aliae nullae inveniantur discrepantiae praeter has, quas dixi, demonstratum iam esse puto, eos ex uno eodemque archetypo duxisse originem. Quod archetypum littera δ signemus, et de hoc ipso codice, si placet, pauca agamus. Scriptus erat ante annum 1466 p. Chr. n., quo anno codicem Vindobonensem exaratum esse constat, et post annum 1457, quo anno Henoch Asculanus apographum illud codicis Germanici confecit (cf. Reifferscheid, Suet. rell. p. 410 sqq.): nam codicem δ ex hoc apographo Henochiano pendere certum est: primo enim capite codicem H ex illo pendere demonstravi, isque, ut nunc arguimus, e codice δ exscriptus est: itaque et hic δ ad Italorum codicum familiam pertinet: neque quidquam huic argumentationi repugnare video. Praeterea veri simile est, hunc codicem in Italia scriptum esse, cum anno 1466 Romae fuerit (cf. subscriptionem codicis V).

Orthographia erat minime bona aut constante scriptus, laborabat interpolationibus (III 13 ***incolatur*** pro ***incolitur***, XII 5 ***insuper et*** pro ***insuper***, multis aliis) et corruptelis (cf. sex illas lectiones p. 72 prolatas). E tali codice exscripti sunt codices V et H: V, elegantiam quandam adfectans, superscriptionem et subscriptionem exhibens, initia maiorum partium indicans et interdum primas horum initiorum litteras non explens, quippe quae postea artificiosius scribendae essent; H haud ita eleganter instructus erat: deerant ei testante Hummelio signa capitum ineuntium, tituli, similia. Textum quem vocamus uterque codex emendare studuit, ita ut interpolationes una cum corruptelis in codicibus H et V etiam amplius grassarentur, quam in codice δ. De correcturis denique, quas passi sint hi codices, supra iam satis diximus.

Cumque ita de prognatis codicis δ actum sit, iam ad agnatos transeamus quaeramusque, quemnam locum inter reliquos codices occupet δ. Quod ut melius facere possimus, necesse est, omnes lectiones, quas nostro iure codici δ tribuere nos posse putamus, colligere et percensere. Plerasque attuli in collationum huius capitis columna quarta; accedunt lectiones a correctore V_2 exhibitae (p. 73. 74), quoad non sunt interpolatae, et lectiones, in quibus V discrepat a codice H et H a V interpolato et corrupto vulgatam lectionem exhibens (p. 70. 71); nonnullae etiam addi possunt lectiones ex aliis codicum comparandorum principiis, sed has lectiones suffecturas esse puto, quoniam ex hoc codice deteriore fructus non multum percipiemus. Atque iam quaeramus, quomodo his lectionibus adiuvemur ad codicem nostrum suo loco in codicum ordine collocandum. Cumque eas perlustrarem — adscribere illas denuo cum lectionibus vulgatis comparatas nolui, ne collationibus nimis fatigarem lectorem — animadverti, idem iam codici δ evenisse, quod apographo eius H usu venit: exhibet enim et codicum AB et CD lectiones, quae saepius consentiunt cum lectionibus codicis H p. 43. 44 enotatis, primoque obtutu difficilius videbatur, certum de hac re iudicium ferre. Sed mox intellexi, rem ita explicari non posse, ut δ originem non e X vel Y sed e tertio quodam apographo codicis Henochiani duxisse contenderemus: quodsi ita esset, multo plures haberet lectiones proprias neque consentiret interdum cum lectione codicis alicuius vulgati aperte interpolati — cuius rei exempla praesto erunt paulo infra, si δ cum codice C comparabimus. Neque ea via, quam ingressus est Schefczik, mihi placuit, qui hoc stemma codicum nostrorum nobis proponit (p. 10):



Hoc stemmate eae lectiones, quibus δ consentit cum AB, non satis explicantur: neque enim sunt tam paucae, ut consensus codicum AB et δ fortuitus esse possit. Hoc tamen a Schefczikio recte factum esse puto, quod archetypum codicum H et V deperditi illius codicis Y generi tribuit, non X: nam eae lectiones, quibus δ consentit cum CD meo quidem iudicio et plures et graviores sunt quam eae quibus consentit cum AB. Imprimis conferas hos duos locos:

IX 3 *herculem ac martem* CDδ (e V), *martem ... placant et herculem* AB
XXV 9 *liberti — argumentum sunt* CDδ, in fine cap. XXVI AB.

Et si iam quaerimus, utri horum codicum similior sit, utrum C an D, statim eum ad codicem C referemus, cum has lectiones, quas soli exhibent Cδ consideraverimus:

II 16	Cδ	*herminones*	ABD	*hermiones*
III 16		*reperta*		*repertam*
		tenere C_2		
X 4	C	*temere,* δ *tenent*		*temere*
XXVI 3	C	*vices,* corr. *vice* (ita δ)	AD	*vices*
XXVIII 9	Cδ	*signatque*	AD	*significatque*
XXXIII 10	C_2	*ingentibus* (ita δ)	ABD	*urgentibus*
XXXIV 3	Cδ	*frisi*		*frisii frisci*
XXXVI 8		*tracti*		*tacti*
XXXVIII 13		*ornatorem*		*ornatiorem*
XL 7		*nerthum*		*neithum*
XLI 2		*proprior*		*propior*
XLIII 12	C	*legiorum,* C_2 δ *vegiorum*		*legiorum*
XLVI 11	Cδ	*fingunt*		*figunt*
		peditum		*pecudum*

Neque tamen certius quidquam affirmare audeam, quam δ pendere e genere CD et propius quidem accedere ad codicis C lectiones: nam

10	in promiscuo	in promisco	in promiscuo	—
	clausa	causa *(del.)* clausa	clausa	—
11	subitos	subitos	subitos, -tvs *corr.* S_2	—
	incursus	incursus	excursus, incursꝯ *corr.* S_2	—
12	otiosae	ociosa	ociosa	—
XLV 1	trans Suionas	trans suiones	trans sinonas, al. tñsuionas S_2 *m.*	—
2	cludique	claudiqʒ	claudiqʒ	claudiqʒ
	hinc	huic	hinc	—
3	in ortum edurat	in ortu sedurat	in ortu se durat	—
4	hebetet	habet et	habet, ebetet et *corr.* S_2	—
5	emergentis	emergentis	emergent, is *add.* S_2	—
	equorum	eorũ	eorũ, d *add.* S_2	eorũ
8	Suebici	sevici	suevici	—
	Aestiorum	estiorũ	aestorũ, Estiorũ S_2	—
9	adluuntur	adluuntur	adbuuntur, b *in* l *mut.* S_1	—
	Sueborum	suevoꝝ	suevorum	suevorum
10	propior	ꝓprior	propior	—
12	omniumque	oĩmqʒ	oĩmqʒ	omnium..
13	cultorem	cultore	cultorem	—
	etiam	et iam	eciaʒ	—
	hostis	hostes	hostes	hostes
14	fustium	fustiũ	fusciũ	—
15	fructus	fructvs (v *corr.*)	fructus	—
	quam	qm̃	quã, q̃ʒ *suprascr.* S_2	—
17	quod	qd'	quibʒ	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	M	S	γ
XLV 17	glaesum	glesum	glesum	glesum
18	ipso	ipō	ꝓprio	—
19	quaeve	que ne	queve	—
	compertumve	comꝑtum ne	compertũ ve	—
20	quin etiam	quin eciam	qñqꝫ, quĩ etiã S_2 *m.*	—
	eiectamenta	eiectamẽta	eructamẽta, eiectamẽta S_2	—
22	rude	unde	rude	—
	perfertur	perfertur	profertur	—
23	arborum esse	arborũ esse	arborum esse	arborum esse
24	intellegas	intelligas	intelligis, -gas *corr.* S_2	—
26	humore	humore	hũore	humore
	durescente	indurescente	durescente	—
	materia	uiā	materia	—
	cluduntur	cludunt̃	cludunt̃	cluduntur
27	fecundiora	secundi ora	fecundiora	—
	igitur	igit̃	ergo	—
28	tura	thura	thura	thura
	balsamaque	balsamaqꝫ	balsama quoqꝫ	—
	sudantur	fudant̃	sudantur	—
30	solis	solis	solius, solis *corr.* S_2	—
	radiis	radijs	radius, radijs *corr.* S_2	—
31	vi	in	in, vi *corr.* S_2	in
32	sucini	sucũ	suaꝫ, succini *corr.* S_2	—
33	igni	igne	igne	igne
	temptes	temptes	tẽtes, tẽptes S_2 *m.*	—
	taedae	tede	tecle, tede *corr.* S_2	—
	alitque	alitqꝫ	illicqꝫ, alitqꝫ *corr.* S_2	—
34	olentem	olentem	oleatẽ, olentẽ *corr.* S_2	—
35	resinamve	resinã ve	resinam ve	resinam ve
36	Suionibus	smommbus	sinonibꝫ	—
	gentes continuantur	gentes cõtinuantur	gentes continuantur	gentes continuantur
	cetera	cetera	cetero	—
37	similes	sĩles	similes esse, esse *del.* S_1	—
	differunt	differũt̃	differunt	—
	quod	q'	qꝫ, qđ S_1	—
38	a servitute	a *omis.*	a servitute	—
39	degenerant	degenerãt	degenerant	degenerant
XLVI 1	Suebiae	sutuie	suevie	—
	finis	fines	fines	fines
	Peucinorum	pencinorũ	PRutinorũ, peucinoꝝ peucuroꝝ peucini S_2	—
	Venetorumque	venetorũqꝫ	venetorũ, -thorũ S_2	—
3	quamquam	quiq̃ꝫ	q̃'qꝫ	—

Cap.	Editio Muellenhoffii	M	S	γ
XLVI 3	Peucini	pencini	prutini, peucini S_2	—
	quidam	quidem, -dam *corr.*	quidaʒ	—
5	omnium	oĩm	amniũ, omniũ S_1	—
	ac torpor	actor pro	ac torpor	—
6	conubiis	coñubijs	coñubijs	connubiis
	mixtis	mixtos	mixtos	mixtos
7	foedantur	sedanť	fedantur	—
	Veneti	veneti	veneti, -thi *corr.* S_2	veneti
8	quidquid	quidquid	i quicqʒ	—
	Peucinos	pentinos	prutinos, peutinos	—
	Fennosque	fennosqʒ	fennosqʒ [S_2	fennosqʒ
9	montium	monciul	monciũ	—
11	domos	domos	domos	domos
	figunt	fingunt	fingunt	fingunt
	pedum	peditũ	peditũ	peditum
13	equoque	equoꝝ	equoqʒ	—
16	solae	sole	sola	—
	sagittis	sagittis	sagittis	sagittis
18	partemque praedae		partemqʒ prede	—
19	petunt nec aliud	*DESVNT*	petunt nec aliud	—
	infantibus		infantibus	—
	ferarum	serarũ	ferarũ	—
	imbriumque	imbriũqʒ	hymbriumqʒ	—
20	suffugium	suffugiũqʒ (qʒ *del.*)	suffugiũ	—
	quam	quã	quã, q̃ʒ *suprascr.* S_2	—
21	huc	hoc	v hic, hic S_2 o	—
25	securi adversus	securi adversus	*DESVNT,* S_2 *m.*:	—
	deos	deos	securi adu'sus deos	—
26	voto	noto	voto	—
27	Oxionas	oxianas	exionas	—
28	voltusque	vultusqʒ	wultusqʒ	vultusqʒ
	gerere	gerese	gerere	—
	quod	qđ	que	—
		Cornelij Taciti	—	
	Subscriptio	de origine	—	
	rubro liquore	et situ germa-	—	
	exarata:	norum Liber	—	
		Explicit	—	

Exaratis ita collationibus una adhuc res impedit, quominus statim ad ipsorum codicum indoles inter se conferendas transeamus: nam varias correcturas passi sunt M et S primumque disputandum erit, quaenam fides his sit habenda. Neque multum dicendum est de codice M; quascumque enim correcturas exhibet, exaratas esse ab eiusdem librarii manu, qui ipsum contextum conscripsit, mihi persuasum est: qui plerumque iam inter scribenda verba errasse se intellexit mutavitque mutanda atramento, nonnullas vero correcturas finito libro, cum titulum et litteras quas vocamus initiales minio pingeret, in religendo libro notavit minio. Cuius correcturis, cum admodum simplices sint et plerumque verborum conexum corruptela aliqua deletum restituant, eandem auctoritatem quam reliquis codicis lectionibus habere licebit. — Longe alia neque tam simplex res est in codice S. Qui codex a quo librario conscriptus est, ab eodem correcturam quoque passus est continuam, quae, ut e lectionibus in collationibus nostris nota S_1 ornatis apparet, aut corruptelam aliquam corrigendo vel interpolando natam in formam genuinam redigunt aut et ipsae interpolando student. Quas correcturas omnes ex ordine enotare nolim, ne nimis spatii in re minoris momenti consumam relegoque propterea lectorem ad collationes, e quibus cognoscet, multas non esse lectiones, quae correctorem nostrum alio fonte quam archetypo et ingeniolo suo usum esse demonstrent: excipias cap. XXVIII 1, ubi S cum codicibus CD exhibet *auctorum*, S_1 cum codicibus AB *al. autor* in m.; addam nonnullos locos, ubi aperte suo Marte corrigit S_1:

cap. II	15	S	*ingaenones*	S_1 *ingvenones* (L. vulg. *ingaevones*)
	17	SLv.	*deo*	S_1 *al. deos* i. m.
VIII	8	S	*scd'm*	S_1 *sclm* i. m. (S_2 Lv. *sctm*)
XII	1	SLv.	*quoque*	S_1 *al. quemque* i. m.
XXIII	1	SLv.	*frumento*	S_1 *frumenta*
XXXVII	13	SLv.	*samnis*	S_1 *sannis*
XL	7	S	*mamme*	S_1 *inanime* (S_2Lv. *in commune*)

Exceptis his locis reliquas manus S_1 correcturas ex archetypo codicis S deductas esse putaverim. Ab eadem manu etiam scholia marginalia exarata esse supra (p. 83) monuimus.

Sed praeter hanc correcturam passus est codex noster alteram a manu recentiore S_2, de qua iam compluribus locis (p. 24. 83) egimus: nunc iam quaestionem de hac manu ad finem perduci opus est. Locos, ubi istius manus correcturae consentiunt cum codice H, in

paginis 24—31 collegimus; nunc iam nonnullae accedunt, quae congruunt cum codice V, ubi nobis codicis H testimonia desunt:

cap. II 13 *editum ei* — 23 *evaluisse* — III 1 *memorant* — 4 (*barditum al.*) *baritum* — IV 9 *inedia in* — V 12 *proinde* — XI 12 *adsumitur* (*b* suprascr. V) — XVI 7 *nec caementorum* — XVIII 7 *et propinqui* — XIX 18 *adgnatis* — XXII 1 *statim e* — XXII 7 *vinulentos* — 14 *adhuc* — XXXIV 2 *eludunt* — XXXIX 4 *sacrum, sacram* — 8 *prae esse* (Lect. vulg. *prae se*) — XL 1 *paucitas nobilitat* — 18 *saciatam* — XLV 30 *radiis.*

Videmus his in locis et cum codice V consentire correctorem nostrum et compluribus quidem lectionibus codicis V solius propriis, ubi, si talis lectio etiam exstitisset in codice H, factum fore ut a collatoribus omitteretur non puto (e. g. III 4 ***baritum*** IV 9 ***inedia in*** XXXIX 8 ***prae esse,*** alia). Praeterea nonnullae lectiones inter codicem V et S_2 correcturam conspirant, ubi aliam lectionem in codice H exstitisse scimus; quae sunt:

XIV 3	*infamem* VS_2	*infame in* SH corr.
XXXIX 1	*seu nobilissimosque* VS_2	*seu nobilissimos* H
3	*stato* VS_2	*statuto* H
14	*corpore, tempore* VS_2	*numero* adi. H

Neque tamen eo adduci possumus, ut S_2 secundum codicis V auctoritatem correxisse coniciamus, quia leviorum discrepantiarum inter codicem V et S_2 exsistentium etiam plures sunt quam inter H et S_2, et S_2H saepius stant contra codicem V (XXXIII 10 ***at*** S_2H, ***ac*** V, XXXVIII 12 ***religant*** S_2H, ***rei ligant*** V): quas res cum perpendimus, necessario concludemus, S_2 neque e V neque e H correxisse, sed nexum aliquem artiorem intercedere inter manum S_2 et codicem δ. Qui nexus duplici modo exoriri potuit: aut enim S_2 suo Marte correxit et δ exscriptus est e codice S iam correcto, aut S_2 pro fonte correcturarum suarum codicem illum δ habuit. Neque illud fieri potuisse puto illis de causis, quas p. 33 exposui, et quia codex δ anno 1466 iam exsistebat et Romae fuit in manibus Hugonis Haemste, quod apparet e subscriptione codicis V, S_2 autem, id quod p. 82 demonstrare studuimus, post annum 1466 correcturam suam perfecit. Quare iam pro certo habeo, S_2 correxisse secundum codicis δ auctoritatem. Sed non omnes huius correctoris lectiones statim codici δ vindicare audeam, nam S_2 et ipsum non vacare interpolationibus supra (p. 33) vidimus: quamobrem tunc tantum lectionem aliquam ab eo exhibitam codici δ vindicabimus, cum S_2 aut cum H aut cum V aut cum utroque consentit. Cumque nonnullis locis S_2

cum V_2 quoque consentiat (X 4 *tenent* — 15 *contactis* — XIII 5 *propinquus* — XXVI 3 *vice* — XXXVIII 16 *ornantur*), his exemplis sententiam nostram p. 75 prolatam fulciri videmus, etiam V_2 correxisse secundum archetypi *δ* fidem. Sed iam hoc non agamus, ut codicem *δ* amplius restituamus quam capite altero factum est — neque enim immutaretur uberiore hac constructione sententia nostra de origine eius e codicum genere CD — sed finem potius faciamus disserendi de manu S_2 et pro lucro habeamus, quod eam e codice *δ* correxisse vidimus: cuius discrepantia cum talis sit ab ipso codice S, ut de origine eius ex archetypo huius ipsius codicis cogitari non possit, codicem *δ* archetypum codicis S non fuisse putandum est: quare lectiones manus S_2 in contemplanda codicis S indole omnino neglegamus et veniam petamus, quod tota disputatio de manu S_2 tam diu nos est remorata.

Atque iam, si placet, expeditis correctoribus ad ipsorum codicum comparationem accedamus quaeramusque, utrum re vera ex uno eodemque archetypo profluxerint M et S necne: qua in re monendum est, ne de ea actum iam esse putemus, quia Holder in editione sua hoc archetypum saepius littera *γ* notaverit eumque secutus sit Baehrensius. Indicat haec littera lectiones quasdam, quae et in M et in S consentientes reperiuntur: quas lectiones accuratius iam consideremus. Vindicat Holder centum nonaginta uno fere locis lectionem aliquam codici *γ*; at centum septuaginta septem locis haec lectio cum vulgari traditione ita consentit, ut eam codicis *γ* propriam minime esse statim intellegas: in quibus multi sunt loci codicis *γ* a lectione vulgata sola ratione scribendi discrepantes, quorum exempli gratia proferam: III 18 *recie* — XVIII 12 *archana* — XIX 1 *septa* — XXVII 5 *sepulchrum* — XXX 19 *cunctacio* — XXXI 18 *dure* — XXXIII 8 *oblectacioni* — XXXVII 6 *xl* (pro *quadraginta* numero per litteras expresso) — XLI 6 *recie* — XLV 17 *glesum* — alia: quae lectiones in omnibus fere deterioribus codicibus leguntur neque codicibus M et S proprium quoddam archetypum fuisse — nisi forte graviora accedunt momenta — demonstrant.

Complures praeterea sunt loci, quos Holder refert in codicem *γ*, quibus vero M et S haud plane consentiunt inter se, e. g.:

III 16	M *reperta*	S *repertam*	*γ* *reperta*
XXXIII 2	*augrinariosum*	*augrinarios*	*augrinarios*
XXXIV 2	*haut*	*haud*	*haud*
XXXVII 17	*abiecerit*	*abiecerit*, S_1 *ob-*	*abiecerit*
XLIII 14	*heliseos*	*helisios*	*helisios*

Restant septem loci, quibus M et S re vera consentiunt contra lectionem vulgatam ita, ut primo aspectu cogitari possit de communi quodam archetypo: sed hae quoque lectiones aut minoris momenti sunt aut etiam in reliquis codicibus deterioribus leguntur, quos omnes ex uno eodemque archetypo derivatos esse nemo contendet. Sunt autem hae lectiones:

VII 5 vincire] *vincere* MS. Cum MS faciunt codices Romanus (Angelicae Bibliothecae) et Venetus secundum editionem Massmannianam p. 57.

XXV 11 iis] *hijs* MS. *his* quinque praeter nostros exhibent codices hoc loco (cf. Massmann p. 89), ut corruptela est frequentissima.

XXVIII 16 affectationem] *affectionem* MS. A codicum nostrorum parte Romanus quoque stat et H.

XXXIV 2 thasuarii] *chasuarij* MS. *c* et *t* facillime confunduntur, unde *chasuarii* invenimus etiam in codicibus Vaticano 4498, Urbinate 655, Romano, Hummeliano.

XL 4 varini] *varmi* MS, corruptela quam levissima.

XLIII 23 feritati] *feritate* MS, ablativum casum Venetus quoque codex praebet.

XLV 5 deorum] *eorum* MS: haec lectio praeterea in codicibus Urbinate, Romano, Florentino legitur.

Reliquae iam sunt e tanto lectionum congruentium numero duae, quibus re vera M et S coniuncti stant contra lectionem vulgatam:

XXV 6	MS *et liberi*	Lv. *ac liberi*
XXXV 13	*agunt*	*agant*

Quae lectiones aut casu consentiunt aut ex uno eodemque archetypo deductae sunt: quod tum demum diiudicare poterimus, cum Holderi codicem γ reliquis lectionibus codicum M et S consentientibus amplificaverimus et in hunc consensum inquisiverimus. Nam hanc rem Holder ad umbilicum non adduxit: neque enim omnes lectiones codicum M et S proprias et inter se congruentes sub nota γ collegit. Quod cum non fecerit, comparationem codicum M et S denuo instituamus necesse est. Qua in re primum quidem omnes lectiones aut consentientes aut dissentientes omittamus, quae scribendi tantum rationis causa enotatae sunt, et in quibus aut congruunt aut divergunt codices M et S aut inter se aut cum lectione vulgata: res enim orthographicas in talibus codicibus, quippe qui sub finem saeculi XV orti sint, minimi momenti esse iam supra monuimus; tamen hoc fortasse commemorare licebit, minutiis qui-

busdam differre inter se codices nostros: ita exempli gratia vocula *oceanus* in S semper per duo, in M semper per unum *c* scribitur, ut altera ex parte M *rhenum* fluvium semper sine littera *h* scriptum exhibet, quod in S semel tantum repperitur (III 13). Reliquae lectiones orthographicae dignae non sunt in quas inquiramus: quare eas missas faciamus et alias spectemus. Quarum triginta fere locis M et S ita conspirant, ut primo obtutu communi eos archetypo vindicaveris, de plerisque autem earum valet, quod paulo supra in talibus lectionibus statuimus: aut sunt corruptelae quam levissimae aut consentiunt cum maiore parte codicum deteriorum; quorum locorum enumerationi parcere mihi liceat, facile eos invenies in collationibus. Gravioris vero momenti solae hae sunt lectiones:

III 10	*repercussa*	pro	*repercussu*
14	LACVNA		*ΑΣΚΙΠΥΡΓΙΟΝ*
XVI 10	*inliniunt*		*inlinunt*
XXVI 10	*degerunt*		*digerunt*

Quibus lectionibus si duas illas supra allatas (XXV 6 *et liberi* XXXV 13 *agunt*) adiungis, omnes testes collegisti, qui codicibus M et S commune vindicant archetypum. Videamus iam, an altera quoque ex parte lectiones inveniantur, quae huic archetypo repugnent. Quarum ego, ne nimis spatii consumere cogerer in re luce ut spero clariore, tantum eas attuli, quae in capitibus inde a primo usque ad vicesimum inveniuntur. Videmus ex his, M et S multifariam inter se discrepare, cum uterque sit et corruptus neglegentia librarii et interpolatus studio eius emendatorio: quare has differentias inter M et S exstantes distuli in quinque indices, quorum primo videbimus, quonam loco M sit corruptus codice S exhibente vulgatam traditionem, secundo, ubinam M sit interpolatus, S vero integer, tertio, ubinam S sit corruptus, tuente M lectionem genuinam, quarto, ubinam S laboret interpolatione et eam ob rem discrepet a codice M integro. Sequuntur denique ii loci, ubi et M et S interpolati sunt aut corrupti.

I.

	M corruptus	**S lectio vulgata**		**M corruptus**	**S lectio vulgata**
I 11	*pontiam*	*ponthicum*	16	*isrenones*	*istaenones*
II 1	*indigenes*	*indigenas*	22	*tungari*	*tungri*
5	*roris*	*raris*	IV 1	*oponionibus*	*opinionibus*
12	*bisbonem*	*thuisconem*	10	*solo ire*	*solove*

	M corruptus	S lectio vulgata
V 7	*frones*	*frontis*
10	*venum*	*venam*
20	*sarratos*	*serratos*
VI 6	*equos*	*eques*
7	*peditos*	*pedites*
11	*alteri ne*	*alteri ve*
	galie	*galee*
VII 10	*quod*	*quodque*
16	*serunt*	*ferunt*
IX 6	*liburna efig.*	*liburne fig.*
8	*nullam*	*in ullam*
11	*solo*	*sola*
X 4	*decretos*	*discretos*
23	*captum*	*captivum*
XI 17	*displuit sma*	*displicuit sentencia*
18	*sui* (cf. X 6)	*sin*
XII 3	*et* omis.	*et*
5	*gratem*	*grate*
8	*leniores*	*levioribus*
XIII 3	*civitatis*	*civitas*
4	*tum eutu*	*tum*
9	*donacione*	*dignacionem*
13	*magna*	*magnaque*
16	*glebo*	*globo*
18	*finitivas*	*finitimas*
XIV 10	*quem*	*que*
	et omis.	*et*
11	*aucipicia*	*ancipicia*
XV 5	*sumilia*	*familia*
8	*mox*	*mos*
	viritum	*viritim*
13	*salere*	*phallerae*
XVI 7	*nec remntorium*	*ne cementorum*
8	*illo*	*illos*
11	*adllineamenta*	*ac liniamenta*

	M corruptus	S lectio vulgata
15	*frigorum* omis.	*frigorum*
XVII 5	*ferrarum*	*ferarum*
XVIII 10	*agladioque*	*gladioque*
12	*viro* omis.	*viro*
16	*veme*	*venire*
XX 11	*sanctior*	*sanctiorem*

II.

	M interpolatus	S lectio vulgata
I 9	*immiscetur*	*miscetur*
	clementi	*clementer*
II 15	*proximo*	*proximi*
III 9	*ad eos*	*ad os*
13	*incolatur*	*incolitur*
V 12	*afficimur*	*afficiuntur*
	et vide	*est videre*
23	*atque*	*ac*
VI 4	*augusto*	*angusto*
5	*alibi*	*abili*
12	*narrare*	*variare*
17	*congruenti*	*congruente*
VII 6	*neque*	*ne*
15	*et mrs*	*ad mrs*
VIII 9	*responsam*	*responsa*
11	*auariniam*	*auriniam*
IX 3	*concesis*	*concessis*
4	*sacrificant*	*sacrificat*
10	*et nemora*	*ac nemora*
X 1	*et qui*	*ut qui*
7	*suscipiens*	*suspiciens*
10	*praemissum*	*permissum*
14	*hisdem*	*isdem*
15	*morali*	*mortali*
	contractis	*contacti*

	M interpolatus	S lectio vulgata
X 18	*nulli*	*ulli*
XI 1	*verbis*	*rebus*
6	*implebitur*	*impletur*
12	*assumitur*	*absumitur*
XII 4	*imbecilles*	*et inbelles*
	in corpore	*et corpore*
	sceno	*ceno*
11	*hisdem*	*iisdem*
XIII 17	*non-cuiusque*	*nec—cuique*
21	*plurimique*	*plerumque*
XIV 12	*in bello que*	*vi belloque*
XV 6	*habent*	*hebent*
12	*singulis*	*a singulis*
XVI 5	*ut*	*et*
XVII 13	*et manicas*	*in manicas*
XVIII 5	*et uxor*	*non uxor*
14	*ex—ex-utraque*	*extra—extraque*
XIX 10	*corripi*	*corrumpi*
12	*nubent*	*nubunt*
15	*cupiditus*	*cupiditas*
18	*plus quam*	*plusque*
XX 3	*verberibus*	*ubere (-ibus)*
5	*eodem*	*eadem*
8	*iumenta*	*iuventa*
18	*tam*	*tanto* (ita A C)

III.

	S corruptus	M lectio vulgata
I 1	*recijs*	*retijsque*
II 4	*immensibus*	*inmensus*
17	*ut licencia*	*ut in licentia*
III 6	*enim* omis.	*enim*
IV 4	*gentium*	*gentem*

	S corruptus	M lectio vulgata
V 1	*enim*	*etsi*
VI 21	*primum*	*primo*
VII 8	*quam*	*quem*
13. 14	*unum—unum*	*unde—unde*
VIII 8	*secundum*	*sanctum*
	aut omis.	*aut*
X 11	*que*	*quidem*
18	*fides* omis.	*fides*
XI 4	*certis incidit*	*incidit certis*
9	*dicere dum*	*ducere diem*
11	*dies* omis.	*dies*
XII 4	*informes*	*infames*
XIII 2	*non*	*nisi*
	nisi	*non*
XIV 2	*comcatui*	*comitatui*
9	*adelescenciu*	*adolescencium*
17	*terra*	*terram*
XV 13	desunt	*iam et pecuniam accipere docuimus*
XVI 2	*quibus*	*quidem*
	in'ctas	*iunctas*
3	*campos*	*campus*
4	*nostri*	*nostrum*
16	*populas*	*populatur*
XVIII 8	*delicias* omis.	*delicias*
11	*armorum ipsa*	*ipsa armorum*
19	*vineum perieu*	*vivendum parie(u)ndum*
XIX 11	*se seculum*	*seculum*
XX 2	*corpora-que*	*corpora que*
12	*habet*	*hunc*

IV.

	S interpolatus	M lectio vulgata
II 5	*atque ut*	*utque*
9	*nisi sibi*	*nisi si*
14	*conditoriosque fuisse*	*conditorisque*
18	*appellatores*	*appellationes*
23	*gentis coaluisse*	*genti s/e valuisse*
III 5	*ipsi*	*ipso*
7	*videtur*	*videntur*
IV 4	*tum*	*unde*
5	*toto*	*tanto*
VI 14	*fluxu*	*flexu*
23	*componunt*	*componitur*
27	*nec*	*aut*
VII 3	*perspicui*	*conspicui*
8	*rebellantibus*	*bellantibus*
17	*alijque*	*cibosque*
VIII 9	*eorum*	*earum*
12	*alij*	*alias*
IX 6	*figuratam*	*(e)figuratum*
X 21	*aliud genus alia*	*alia*
XI 7	*iudicium*	*inicium*
XII 6	*illud*	*illuc*
13	*plebibus*	*plebe*
XV 1	*quoniam quociens*	*quociens*

	S interpolatus	M lectio vulgata
XV 1	*ornatibus*	*venatibus*
XVI 5	*nam*	*suam*
13	*ornant*	*onerant*
14	*qui*	*quia*
XVII 2	*ceteri*	*cetera*
	intectos	*intecti*
8	*maculas*	*maculis*
10	*alijs*	*alius*
XVIII 2	*laudarim*	*laudaveris*
9	*ornatur*	*comatur*
18	*vincti*	*iuncti*
	partus	*paratus*
20	*que se*	*se que*
21	*inferantur*	*referantur*
XIX 1	*in*	*ergo*
8	*rupte*	*publicate*
9	*maritus*	*maritum*
	invenitur	*invenerit*
11	*ad hoc ex*	*adhuc e(ss)e*
	civitate	*civitates*
12	*tandem*	*tantum*
XX 2	*minantur*	*miramur*
3	*ne*	*nec*
11	*quod*	*quidam*
12	*sanguinisque*	*sanguinis*

V.

M et S interpolati aut corrupti

VIII 10	M *vespasiono*	S *vespesiano*	Lv. *vespasiano*
X 5	*consulentur*	*consoletur*	*consuletur*
XIII 3	*probavit*	*probaverat*	*probaverit*
XVII 13	*unde*	*nudet*	*nude*
XX 14	*et* $\overline{aim}$	*et in aman*	*et in animum*

Apparet ex his quos enotavi indicibus, quam valde inter se dissentiant M et S et ita quidem, ut eos vel propter has lectiones

uni eidemque archetypo numquam tribuam. Sed dicat forte quispiam, explicari has differentias ita, ut idem archetypum re vera fons fuerit et codicis S et codicis M, sed uterque librarius suo Marte plerosque locos corruperit aut interpolaverit: huic alia addam argumenta, quamvis in universum veri simile non sit, tot differentias corrumpendo et interpolando nasci in duobus eiusdem archetypi apographis, immo hoc veri simile, codicum nostrorum per longam manuscriptorum seriem distare alterum ab altero. Egimus hucusque de solis corruptelis et interpolationibus codicum M et S, videamus iam, quinam nexus intercedat inter codices vulgatae traditionis et nostros. Et quibus locis M et S consentiant cum lectione vulgata, supra monui, cum agerem de codice γ; ubi M aut S consentiant viginti primis capitibus cum ea, aut uterque discrepet ab ea, modo enotavi. Consideremus iam eos locos, ubi M et S inter se dissentientes modo huius modo illius codicis vulgatae traditionis lectionem aut exprimunt aut quam proxime ad eam accedunt.

	M	S
cap. II 13	*ei* A	*et* BCD
23	*sint* ABC	*sunt* D
IV 5	*tamquam* CD	*quamquam* AB
10	*assu(eu)erint* A supr. lin.	*assueuerunt* CD
V 7	*atque* (CD *eatque*)	*heeque* (AB *eeque*)
12	*proinde* CD	*perinde* A
VII 2	*aut libera* A	*ac libera* D
XIII 5	*propinquus* CD	*propinqui* AB
XIV 9	*ultra* D	*ultro* ABC
XVIII 7	*et propinqui* ACD	*ac propinqui* B
15	*incipientis* ACD	*incipientibus* B
18	*hoc* ABC	*hec* D
XX 3	*aut* AB	*ac* CD
4	*educacionis* ABC	*educacionibus* D
19	*gracior* A var. C_2	*graciosior* ABCD
XXII 1	*e.* CD	*enim* AB
9	*sed et* AB	*sed* CD
XXIII 1	*quandam* ABC	*quadam* D
XXIV 4	*parav(i)t* ABC	*parat* D
7	*mirere* ABC	*miretur* D
XXV 4	*aut colono* (B?)	*ut colono* AB (CD et)
XXVI 7	*laborare* $A_1B_1C_2$	*labore* ACD

	M	S
cap. XXVIII 9	*signatque* BC	*significatque* AD
17	*germanie* D	*germanice* A
XXIX 7	*honeribus* D	*oneribus* ABC
14	*quod* ABC	*que* D
XXX 9	*nosse* ABC	*nosce(re)* D
19	*propriora* (cf. CD)	*proprior* (cf. AB)
XXXI 1	*raro* BD	*rara* AC
3	*adoleverint* ABC	*adoleverit* D
XXXV 13	*assequuntur* AB	*assequantur* CD
XXXVI 3	*iocundius* D	*iucundius* ABC
8	*tracti* C	*tacti* ABD
XXXVIII 3	*obtinet* D	*obtinent* ABC
12	*religant* A	*ligant* CD
13	*ornatorem* C	*ornaciorem* ABD
XXXIX 1	*vetustissimo* D	*vetustissimos* ABC
4	*eiusdemque* A	*eiusdem* BCD
XL 1	*nobilitat* D	*nobilitas* ABC
3	*ac* AB	*et* CD
7	*id est* ABD	*.i.* C
10	*castrum* CD	*castum* AB
XLI 2	*proprior* C	*propior* ABD
XLIV 10	*promisco* C	*promiscuo* ABD
XLV 30	*radiis* C	*radius* ABD
37	*differuntur* CD	*differunt* AB
XLVI 27	*oxianas* (*-onas* BC)	*exionas* D

Ex his lectionibus et ipsis luce clarius apparere videtur, non esse eiusdem stirpis S et M; adeo enim variae sunt hae lectiones et mira in utroque inconstantia in sequendis testibus: nam ne tum quidem, cum archetypum illud, quod invenit Holder, post alterum codicem exscriptum correcturam aliquam passum esse sumimus, hae differentiae satis explicantur, neque quidquam aliud nobis restabit, nisi ut eos e diverso fonte originem duxisse contendamus. Confirmatur haec sententia quattuor locis, ubi in codicis S archetypo lectionem quandam variam fuisse aliquo indicio videmus, cuius M nec volam nec vestigium servavit.

II 18 *marsossi gambrios* S, *marsos sigambrios* archetypum eius, *marsos gambrunos* M.

XXXIV 1 *dulgibini cubrini* $\overset{\text{cubrini}}{\text{S}}$, *dulgibini* archetypum, *dulcubuni* M.

XL 5 *suarmes seu suardones* S, *suarines* [al. dones] archetypum, *smarines* M.

XL 11 *conmissum seu concessum* S, *conmissum* [ce] archetypum, *concessum* M.

Quae omnia cum perpendo, codicem M ex alio archetypo atque codicem S exscriptum esse pro certo habeo. Quod si ita est, codex ille γ, quem statuerunt Holder et Baehrensius, numquam exstitit, et supersedere iam possumus reliqua inquisitione, num re vera ille descenderit e codicum genere CD, correcturam passus sit e genere AB et Alpes transgressus in Germania notatis lectionibus codicis H ornatus sit. Sed novae nobis surgunt quaestiones: nam videndum iam est, quemnam nexum re vera habeant et inter se et cum aliis codices M et S, et an fortasse, etsi non eidem archetypo, attamen eidem familiae sint tribuendae: quod iam sequenti huius capitis parte absolvamus et agamus de loco codicibus M et S in Taciteorum codicum stemmate tribuendo.

Nonnullas lectiones huc spectantes iam tractavimus et vidimus codices nostros discrepare inter se interpolationibus et correcturis, praeterea etiam eo, quod uterque lectionem suam modo ex hoc modo ex illo codice traditionis vulgatae eligat: quo in delectu tanta varietas nobis occurrit, ut perdifficile dictu sit, a quonam genere codicum AB aut CD proxime distet uterque codex. Ita ex omnibus lectionibus, quas advocare possumus ad definiendam indolem codicum M et S, eae restant, quibus sibi repugnant AB et CD, M et S vero inter se et cum altero genere consentiunt. Adiungamus his codicibus etiam codicem δ, ut videamus, quo modo res se habeat inter hunc codicem et MS.

	AB	**CD**
cap. I 9	*danubius* MS	*danuvius* δ
10	*pluris*	*plures* MS
II 14	*tris*	*tres* MSδ
17	*pluris*	*plures* MSδ
IV 6	*ceruli* δ	*caerulei* MS
V 8	*propitiine* MSδ	*propitii*
VII 2	*etiam*	*et* MS
12	*aut*	*et* MS
16	*aut*	*et* MSδ
IX 3	*martem . . . et herculem*	*herculem ac martem* MSδ
X 20	*istos*	*illos* MS
22	*explora(n)tur*	*explorant* MS

	AB	CD
XII 10	*vindicavit*	*vindicatur* MS
XIII 4	*cum*	*tum* MSδ
XIV 13	*tuentur*	*tueare* MS
XVII 5	*ferunt*	*gerunt* MS
XXV 2	*ministris*	*ministeriis* MS
9—14	desunt	adsunt MSδ
XXVIII 1	*autor*	*auctorum* MSδ
14	*qui*	*quia* MS
XXX 5	*ac*	*atque* MS
XXXI 15	*vultu*	*cultu* MS
XXXIII 10	*urgentibus iam*	*in urgentibus*
		in gentibus MSδ
XXXIV 10	*magnum*	*magnificum* MS
XXXV 6	*sinuetur* MSδ	*sinatur* δ
	nam	*tam* MS
XXXVI 8	*fusi*	*fosi* MSδ
XXXVII 8	*et*	*ac* MS
XLII 4	*parata*	*parta* MS
XLIV 1	*ipse*	*ipso* MS
	oceanum MS	*oceano*
XLV 4	*ortus* MSδ	*ortum*
9	*abluuntur*	*adluuntur* MSδ
13	*hostis*	*hostes* MS
28	*sudant*	*sudantur* (M)S
36	*gens*	*gentes* MSδ

Accedunt huc nonnullae lectiones, quibus cum textu codicum MS consentit editio Muellenhoffiana — quare has lectiones in collationes non recepi — quae tamen alicuius momenti sunt, si de nexu codicum MS et reliquorum agitur. Sunt autem hae:

	AB	CD
cap. III 13	*hodieque* MS	*hodie*
IV 2	*populos* MS	*populis*
V 21	*affectatione*	*affectione* MS
VI 16	*aestimanti* MS	*existimanti*
IX 10	*consecrant* MS	*consacrant*
X 17	*hinnitusque* MS	*hinnitus*
XIV 2	*adequare* MSδ	*equare*
XVIII 12	*hoc* MS	*hec*

	AB	CD
XXIV 3	*exercitatio* MS	*excitatio*
XXVII 1	*observant*	*observatur* MS
XXIX 3	*populus* MS	*populis*
XLI 7	*passim sine* MSδ	*passim et sine*
XLIII 18	*memorat*	*memorant* MS
XLV 5	*formasque* MSδ	*formas*
19	*gignat* MS	*gignit*
XLVI 25	*difficilem*	*difficillimam* MS
28	*corpora* MS	*et corpora*

Atque parvum fructum ex his indicibus percipi dolendum est: quamvis enim in universum codices nostros magis ad codicum CD lectiones inclinare videmus, tamen hos solos locos secutus eos generi CD addicere non audeam, quia supra iam vidimus, in utroque codice lectiones e codicibus AB petitas minime deesse. Quare facere iam non poterimus, quin et codicem M et codicem S magnae illi familiae codicum deteriorum tribuamus, qui lectiones ex utroque codicum genere mixtas exhibent. Et hoc sane lucramur ex indice nostro, ut videamus, quomodo factum sit, ut Holder et Baehrensius codices nostros melioris notae esse censerent: nam omnibus fere locis, ubi M et S consentiunt cum altero codicum Italicorum genere contra alterum, eam eligunt lectionem, quae hodie quoque nobis magis placet: quod item in codice δ factum esse monendum fuit nobis et hoc indice confirmatur. Contra novas lectiones a vulgata discrepantes non exhibent, quas aut ut proprias et ingenuas lectiones aut ut egregias emendationes textui inseras; et ut his codicibus omnino locum in textu Germaniae constituendo non tribuas, commoveberis indicibus nostris pag. 112—115 exstantibus, e quibus et codicem M et codicem S adeo corruptum atque interpolatum esse apparet, ut de iis in apparatum criticum recipiendis meo quidem iudicio cogitari non possit.

Sed de codice S, absoluto iam in universum capite nostro, pauca addere mihi liceat, quae ut coniecturas paulo supra, cum de exteriore codicis nostri habitu agerem (p. 82 sqq.), certis inserere nolebam. Commemoravi ibi, Augustalis Benevenuti historias desiisse anno 1439 et ex Aeneae Senensis notis perductas esse usque ad annum 1457, quod supplementum primos Friderici III annos complectitur. Qui Aeneas Senensis notissimus est ille Aeneas Sylvius Piccolomini, qui postea pontifex maximus fuit sub nomine Pii Secundi:

scripsit is praeter alia *historiam rerum Friderici III Imperatoris*, unde illa excerpta esse primo obtutu putares. Sed nota marginalis, e qua haec Aeneae auctori tribuimus, expressis verbis dicit: *addidit sequens Eneas Senensis*, qua nota hoc additamentum non e maiore quodam opere excerptum sed in eandem formam, quam nunc habemus, redactum additumque esse ab ipso Aenea sumere cogamur, idque, ut res fert, in archetypo codicis nostri. Quaeritur nunc, an in eodem archetypo, e quo librarius noster Augustalem Benevenuti exscripsit, infuerit etiam Germania nostra. Scimus iam, Aeneam inter primos fuisse, qui Germaniam denuo repertam cognoverint (cf. Voigt, *Wiederbelebung des classischen Altertums* I, p. 257 not.), quippe qui in tractatu quodam ad Martinum Mayerum Romae Kal. Febr. 1458 dato, postquam nonnulla disseruit de veterum Germanorum moribus, pergat: *his similia de Germanis scribit Cornelius Tacitus, quem in Hadriani tempora incurrisse perhibent.* quae verba sequitur rhetorica quaedam paraphrasis priorum Germaniae capitum. Ego hoc tractatu usus sum apud Dominicum Basam Romae anno 1584 edito una cum Aeneae (Pii II) commentariis: ibi locus modo prolatus invenitur p. 690. Neque tamen, ut Voigtius, crediderim, e memoria tantum Aeneam protulisse quae de Germania dicit, sed studio suo rhetorico adductum esse, ut consulto mutaret Tacitea verba; sunt enim loci, qui Aeneam manu diligenti exemplar quoddam Taciteum versavisse demonstrent:

p. 690 B	*rarum apud eos argentum, rarius aurum*	=	V 8
C	*nulla litterarum cognitio*	=	XIX 3
	humanis saepe hostiis litatum	=	IX 2
D	*post annos ducentos, postquam .... debellari coepta est*	=	XXXVII 10
p. 697 B	*venas auri atque argenti, quas ignoraverunt prisci*	=	V 10

Quae omnia Aeneae studium altius in Germaniam penetrasse demonstrant, et, ut tunc temporis moris fuit, eum apographum libelli nostri sibi fecisse fere certum est, cum textum eius Aeneae tam familiarem esse videamus: quo in apographo eum coniecturis non pepercisse veri simile est. Iam in tractatu suo loquitur p. 690 c de *vivendi ritu* Germanorum, et ipse quoque tractatus in quibusdam editionibus titulum accepit *de ritu situ moribus et conditione Germanorum*; praeterea p. 694 c commemorat *Prutenorum* populum. Iam habes codicem S, cuius particula quaedam deprompta est ex archetypo quod Aeneae sub manibus fuit: sequitur hanc particulam Germania, cui ille studuit, subtitulo: *de ritu et moribus Germanorum* —

cum in nulla alia inscriptione inveniatur *ritus* nisi in tractatu illo — itemque codex S solus *Peucinos* cap. XLVI commemoratos mutat in *Prutinos*, qui nobis iterum apud solum Aeneam occurrunt. Quae cum ita sint, facere non potui, quin codicem nostrum exscriptum esse putem ex apographo Aeneae Sylvii, cuius emendandi studio tribuam *ritum* illum et *Prutinos*. Iam explicatur genus illud interpolationum, ubi virum doctum magis memoria quam oculis confisum esse apparet (XLI 10 *ignotum olim*, XLII 5 *universaliter finis* alia); et si interpolationes codicis S accuratius inspexeris, saepius eos homini docto deberi senties. Si vero S ex apographo Aeneae descendit, archetypum illud initio anni 1458 erat exaratum aut exarabatur; cumque Germania circa annum 1457 in Italiam pervenerit, longa series codicum inter apographa Henochianum et Aeneanum intercedere haud potuit, et videndum iam est, ad quemnam codicum meliorum proxime accedere videatur S, si interpolationes eius neglexeris. Quod si iam lectiones p. 116 et 117 enotatas consideraveris, e nonnullis corruptelis, quae in solis codicibus DS inveniantur, artiorem nexum inter hos codices statues ita fere, ut, cum codicem D archetypum suum diligentissime exscripsisse sciamus, apographum Aeneae pro fratre codicis D habeamus, cui postea inlatae sint correcturae secundum AB generis auctoritatem. — Sic etiam apparet, quomodo factum sit, ut codex S in Salzburgiensium fines pervenerit: scimus enim, Aeneam nostrum aliquando et Aspachii fuisse sacerdotem (cf. G. Voigt, Enea Silvio Piccolomini, Berol. 1856, I p. 293) et per epistulas *de patrimonio in Aspach* datas conglutinatum est volumen nostrum: fortasse Aeneas apographi sui describendi Salzburgiensibus dedit facultatem, quibuscum ex Aspachiensi illo tempore (anni 1444 sequentium) usum habuit.

Conclusio.

Si iam respicimus ad propositum nostrum et videmus, quidnam placuerit ex Holderi et Baehrensii opinationibus de codicibus Germaniae Germanicis, nihil illarum restitit. Primum omnino aliter aestimavimus pretium codicum illorum atque hi viri docti, deinde codicem H ad apographum Henochianum rettulimus, tum codicem γ omnino exstitisse negavimus. Nam perquam difficile est, remotis omnibus dubitationibus duos codices opusculi Tacitei uni eidemque archetypo tribuere, nisi singulae lectiones tales sunt, quales in codicibus H et V fuisse vidimus. Quot enim exstant codices libellum illum aureum continentes, ad hunc diem non ita excussi sunt, ut, quid quisque exhibeat, satis constet. Fortasse, si quando omnes collati erunt, duo quilibet codices, qui nunc inter se simillimi videntur esse, dissimiles evadent, et duo alii, qui nunc procul inter se distant, arto cognationis vinculo coniuncti esse videbuntur. Fortasse etiam tum alii cognati codicum M et S apparebunt, quos aut cum M aut cum S uni eidemque archetypo tribuere licebit: nam — id quod nunc iam suspicari licet — codex M propius ad codicem Florentinum accedit quam ad Stuttgartiensem: qua de re conferas Massmanni editionem, imprimis p. 5. Praeterea, si tibi animo fingis, quomodo sub finem saeculi XV propagata sit libelli nostri memoria, intelleges, quam difficile sit, deteriorum codicum in suo quemque stemmatis loco ponere. Nam ut nostratium animos moverunt Herondae Mimiambi sive Respublica Atheniensium denuo reperta, ita viros doctos illius temporis movit libellus ille Taciteus, ab Henocho in lucem revocatus: omnes tunc exemplaria desiderabant huius cimelii, et e paucis manuscriptis codicibus praestantioribus multi oriebantur deteriores. Quorum, quantum quidem aestimare possumus, intra triginta annos


totidem fere sunt exarati, decem sunt factae editiones: saepissime codex ex altero exscriptus, ex altero correctus est: periit tum hoc exemplar, et si quod apographum eius exsistebat et huius et illius codicis lectiones exhibebat. Interdum etiam codices ex ipsis typothetarum operibus exscripti sunt, ut Turicensis ex editione Katharensi (Venetiis 1476) — cf. Orelli, progr. gymn. Turic. 1819 — et Kappianus ex editione Lotteri (Norimb. 1509): quod Muellenhoffius in exemplari illo Monacensi Longolii notis praedito demonstravit. Praeterea viri docti illis temporibus correcturis coniecturis interpolationibus minime pepercerunt, ita ut deterrimus quisque codex iam archetypo, e quo fluxit, minime sit similis. Sic codex Arundelianus non iam ipsam Taciti Germaniam, sed paraphrasim eius arbitrio librarii pessime depravatam exhibet (cf. Jahn, *Archiv für Philologie und Paedagogik* 1853 p. 459 sqq.): nam crescente codicum numero, qui inter apographum Henochianum et singulos codices deteriores intercedit, crescit etiam numerus lectionum singularium et inconstantia in lectionibus ex uno alterove codicum genere eligendis: quo modo explicatur, qui fieri potuerit, ut Holder et Baehrensius codicem Hummelianum omnino ex apographo Henochiano pendere negarent et Monacensem et Stuttgartiensem tanti aestimarent. Huic rei obscuriori aliquantulum lucis attulisse me spero; etiamsi in singulis erraverim, in universum tamen suspicionem illam de singulari aliqua traditione Germanica libelli nostri, quae inde a Gruberi temporibus (ed. Germ. 1832) per complures editiones manavit, falsam esse constabit, quia omnes illi codices qui vocantur Germanici, Hummelianus, Vindobonensis, Monacensis, Stuttgartiensis per seriem codicum intercedentium plus minusve longiorem pendent ex apographo Henochiano: quare ad restituendum textum nullius sunt utilitatis et redeundum est ad codices illos imprimis a Michaeli recte aestimatos ABCD. Quorum duo illa genera AB et CD ita inter se differre puto, ut eiusdem fere pretii quamvis sint, AB tamen plus interpolationibus, CD plus corruptelis laborent. Quare alterum horum generum alteri in universum praeferri posse non puto, sed rem potius ita instituendam esse, ut singulis locis iudicandum sit, utra lectio sit melior.[1]

Sic iam ad rationem codicum deteriorum pervenimus, qui e genere Y plerique exorti, id est ex archetypo codicum CD, tamen meliores lectiones vel e stirpe X receperunt.

---

[1] Baehrensius et Scheuer in dissertatione sua archetypum codicum CD (Y = N) pro praestantiore habuerunt, hic Dialogum quoque in inquisitionem vocans, quo teste uti non potui, quia praeter Vindobonensem non exstat in codicibus nostris.

Omnino tamen cum summam inquisitionis meae in eo posuerim, ut traditionem Germanicam opusculi illius Tacitei ex apographo Henochiano non pendentem umquam exstitisse negarem, codices HVMS tantum eam ob rem *Germanicos* vocare possis, quia in Germania asservantur vel asservabantur. Quae praeterea de nexu horum codicum et inter se et cum reliquis codicibus Taciteis enucleasse mihi visus sum, minoris momenti sunt — quia haec textui Germaniae constituendo usui vix esse possunt — tamen ea in stemma codicum Taciteorum inferre mihi liceat; quod stemma deductum esse ex eo, quod olim protulit Michaelis, statim animadvertes.



Ricardus Wuensch de vita sua.

Natus sum Ricardus Wuensch ad Aquas Mattiacas Kal. Iun. anni h. s. LXIX patre Carolo matre Herminia e gente Roemer, quam tertio vitae meae anno amissam lugeo. Anno LXXV pater Wetzlariam se contulit, ubi in matrimonium duxit Augustam e gente Kleine, qua adhuc superstite gaudeo, cum patrem ante hos novem annos mors acerba mihi eripuerit. Fidei addictus sum evangelicae, initiis litterarum imbutus in gymnasio Wetzlariensi, quod inde ab anno LXXVIII per novem annos frequentavi. Vere anni LXXXVII maturitatis testimonio instructus litterarum universitatem Marpurgensem adii, ut philologis studiis operam navarem. Inde ab illo autumno per annum miles fui, tum Berolinum me contuli, unde vere anni insequentis LXXXIX Casselam demigravi, ut ibi per quattuor menses iterum miles essem. Quo munere perfunctus autumno eiusdem anni Bonnam profectus sum ibique per bis senos menses scholis philologis interfui. Autumno anni XC ad almam matrem Philippinam redii, cuius per biennium inter cives numeratus sum academicos, per sex menses ut ibi audirem scholas, quamvis inscriptus non essem, benigne concessum est. Docuerunt me viri doctissimi Diels, Dilthey, Huebner, Kirchhoff, de Treitschke Berolinenses; Buecheler, Jacobi, Lipps (nunc Wratislaviensis), Loeschcke, Nissen, Usener, Wilmanns Bonnenses; Bergmann, Birt, Cohen, Dieterich, Koester, Lenz (nunc Berolinensis), Natorp, Niese, Leopoldus Schmidt †, Edwardus Schroeder, de Sybel, Wellhausen (nunc Gottingensis), Wissowa Marpurgenses. Proseminarii philologi Wissowa, Germanici Schroedero moderante utriusque per duo

semestria sodalis fui, itemque proseminarii philologi Bonnensis Buechelero et Usenero ducibus. Seminarii philologi, quod Leopoldo Schmidt Birtio Wissowa rectoribus florebat per tria semestria sodalis, et per duo quidem secretarius fui; Germanico seminario moderantibus Schroedero et Koestero duo interfui semestria. Quibus viris doctissimis omnibus gratias ago iustas atque debitas semperque colam memoriam eorum sincera mente; gratissimum autem animum me servaturum esse spondeo Georgio Wissowa, qui, quae eius est humanitas, cum in multis aliis rebus tum in conscribendo hoc opusculo fautorem studiorum meorum adiutoremque se praestit.